This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com


This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

Ad Bibliothecam S. Emerami.



I. O. G. D.

B.G. Fridrich sculps. in Regensp.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS
CODICUM MSS.
BIBLIOTHECÆ BERNENSIS.

ANNOTATIONIBUS CRITICIS

ILLUSTRATUS;

ADDITA SUNT

EXCERPTA QUAMPLURIMA,

ET

PRÆFATIO.

CURANTE

J. R. SINNER,

BIBLIOTHECARIO.

TOMUS II.

BERNÆ.

Ex Officina typogr. Brunneri & Halleri.

MDCCLXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

DECIMUS jam ab edito priori Operis noſtri Tomo excurrit annus. Inter varia enim quæ in rebus civilibus verſanti occurrebant negotia, dubius hæſi aliquamdiu, an imperfectum relinquerem hunc qualemcunque laborem, & me ab Ariſtarchorum, qui orbi literato Jura dicunt, judiciis non ſemper æquis ſartum tectumque ſervarem, vel potius multorum, qui meam operam laudarunt, adhortationibus vela darem, & rurſus fragilem truci committerem pelago ratem. Vicit tandem amor incepti operis, ideo potiſſimum quod ea ſupereſſent deſcribenda in hac poſteriori Catalogi mei parte, quæ vel argumenti utilitate, vel rerum novitate

Digitized by Google

ſe hujus præcipue ævi lectoribus commendarent. Codices illi, quos priori parte recenſui, Biblici nempe, Patrum ſcripta, Theologi, Autores Græci & Latini veteres, ad paucos tantum lectores pertinebant, qui in hac eruditionis parte verſantur, Criticos nempe & Philologos, qui ævo noſtro rariores ſunt, quam ſeculis duobus anteactis. Ars enim critica, quæ in illuſtrandis Veterum libris occupata eſt, non tam acriter nunc excoli videtur, quam olim; quod forſan ideo accidit, quia partim exhauſta eſt hæc Provincia a Viris eruditis; numerantur enim Veterum libri, & monumenta Antiquitatis, fineſque ſuos habent, in quibus ſubſiſti poſſit. Rerum vero naturalium ſcientia, Arteſque philoſophicæ nullos habent limites, & in omne ævum exercebunt ingenia hominum. Quibus enim terminis circumſcribes ſtudia mathematica, obſervationes corporum cœleſtium, analyſes chymicas corporum terreſtrium, proprietates & varios uſus rerum naturalium, vel deſcriptiones terræ partium? Opera hiſtorica magnam hujus Tomi partem implent, tam medii quam recentioris ævi res geſtas complexa. Ampliſſimam Vir illuſtris Jacobus Bongarsius, Codicum, qui jam noſtri

noſtri ſunt, collegerat copiam. Ipſe eos cum editis exemplaribus ſumma diligentia contulerat, variasque lectiones propria manu adnotaverat. Multa ipſe ex ſuis codicibus primus edidit; multa anecdota in ſcriniis ſuis reliquit. In illa copia ordinem ducunt Scriptorum Hungaricorum Collectio, quæ curis Bongarſii fuit edita Francofurti 1600 fol. & Corpus Hiſtoricorum de bellis Chriſtianorum contra Saracenos, quod ſub titulo *Geſtorum Dei per Francos* prodiit Hanoviæ 1611 fol. Utriusque collectionis codices, quibus uſus eſt Bongarſius, in Bibliotheca noſtra exſtant. Eminent inter ejusdem claſſis Codices itineraria orientalia, partim edita, partim anecdota, de quibus fuſe diſſeritur in opere noſtro. Inter anecdota numeratur Guilelmi Tripolitani, Monachi Ordinis Prædicatorum Cœnobii in civitate *Accon*, vulgo *Ptolemaide* Syriæ, Deſcriptio Terræ ſanctæ, quam fere integram nunc primum edimus ex noſtro Codice, qui Gallico ſermone exaratus eſt. Memoratur Guilelmus ille Tripolitanus Marco Paulo in Itinerario; Coævus fuit Regi Ludovico Sancto. Eum in aliquot Bibliothecis latino ſermone exaratum deliteſcere teſtatus eſt Alb. Fabricius in Bibliotheca medii ævi.

Digitized by Google

Fragmentum tantummodo latine editum exſtat Tomo quarto Scriptorum Franciæ Ducheſnii. Quæ ibi reperiuntur de Geographia Paleſtinæ, & quæ de itinere ex Cayro Ægypti oppido, usque Hieroſolymam in fine addita leguntur, non ſunt contemnenda. Alter Bibliothecæ noſtræ Codex, membranaceus & ſummo nitore exaratus, exhibet collectionem ampliſſimam Itinerum Marci Pauli, Joh. Mandeville, Guil. de Bolde Selle, Haythonis Armeni, & Riculdi, quod ultimum etiam hactenus ineditum fuit. Omnia hæc circa medium ſeculi XIV. in Gallicum Idioma converſa a quodam Fratre Johanne de Ypres in noſtro Codice leguntur. Marci Pauli Itinerarium diligenter recenſui, & magnam Lectionum varietatem, ubi ſæpe Codex noſter emendatior viſus, quam editiones Italicæ, Latinæ & Gallicæ, exhibui. Non ſterilis labor impenditur in legendo hoc Itinerario; Marcus enim Paulus Venetus circa finem ſeculi XIII. per varias Orientis regiones in Sinarum uſque regnum penetravit, & populos, urbes, Principes, gentium mores, ritus, religionem, resque ſuo ævo geſtas, quarum ipſe in Aula Magni Chami Tartariæ degens te-

ſtis

Digitized by Google

ſtis fuit, narrat, & ſæpiſſime citatur recentioribus Hiſtoricis, præcipue Viro docto De Guignes, in Hiſtoria Gentium Orientalium, quæ Pariſiis ante aliquot annos 5 vol. in 4to prodiit. De Marco Paulo, & multis ejus ævi Scriptoribus prædicari poteſt quod olim de Lucilio Poëta, ſed alio ſenſu, Horatius:

„Dum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.

Fabuloſa enim commenta, resque prodigioſas narrat interdum, ſed multa & plurima habet, quæ illuſtrant vel Geographiam vel Hiſtoriam Gentium Orientalium. Plerique medii ævi Scriptores non aliter legi debent, quam caute, & face critica adhibita. Conſtat enim ſatis, eorum temporum hiſtoriam ſcatere fabulis, quas ignorantia & ſuperſtitio, quibus tunc Genus humanum maxime laborabat, finxerunt quampluri mas. Actum foret de omni Hiſtoriarum cognitione, niſi adhibitis certis regulis criticis falſa a veris diſcernere, & ex fumo claram dare lucem noviſſent earum rerum ſtudioſi. Fruantur igitur hac ſuppellectile Viri ſapientes, quæ iis demum prodeſt, qui ea recte utuntur; Cæteros autem Lectores rerum ſaltem novitate delectabit.

Digitized by Google

Sic olim res geſtæ populi Romani, in Annalibus Pontificum conſignatæ, quos ſæpe laudat Titus Livius Hiſtoricorum Princeps, fabellis anilibus licet aſperſæ, tamen copiam rerum præbuerunt iis qui ſecuti ſunt. Sic & monumenta hiſtorica medii ævi commentis puerilibus ſcatent, ſic omnium vere Gentium hiſtoriæ, quæ a noſtro ſeculo remotæ ſunt.

Adeſt nobis Collectio haud aſpernenda Carminum Gallicorum ſeculi XIII. & XIV. quorum jam notitiam dedimus opuſculo Gallico, edito anno 1758. ſub titulo: *Extraits des Poëſies du XIII. & XIV. ſiécle.* Eminet inter ejuſmodi opera Codex Num. 113. de quo infra plura dicentur. Primum in eo volumine exſtat Carmen cui titulus: *Li Romans des Loherens.* Fateor, me, dum illud opuſculum edidi, ignoraſſe, exſtare jam hoc Carmen editum a viro erudito D. Calmet, inter Supplementa Tomi I. Hiſtoriæ Lotharingicæ. Vox *Loherens* quæ *Lotharingos* ſignificat, me tunc fruſtra dubium tenuit. Cum vero carmen illud circa res tempore Caroli Martelli verſetur, quo ævo nondum exſtabat nomen *Lotharingiæ*, ortum nempe a Regibus ſtirpe Caroli Magni prognatis, non

non potui niſi errare; fortuito enim caſu, longo demum poſt editum opuſculum meum temporis ſpatio, incidi in illud Volumen Calmeti Hiſtoriæ Lotharingicæ. Notum eſt, a gente Romanorum, qui Julio Cæſare duce Gallias domuere, linguam ſimul cum armis iis regionibus illatam, unde ortum idioma Gallicum recens, quo hodie gens utitur, cum olim *Celtice* loqueretur. Inde ortum nomen linguæ *Romana*, poſtea translatum ad varia ſcripta, vel carmine vel ſoluta oratione, quæ ab idiomate *Romans* dicta, idioma vero *Langue Romande*. Ab eadem origine & rerum everſione, quæ Helvetiam occidentalem, eodem Cæſare duce, Romanorum imperio parere juſſit, ortum nomen Provinciæ noſtræ, quæ nunc vulgo *Vaudi*, *Pays de Vaud*, appellatione venit; ſæpe enim vocatur *Pays Roman*, qua voce etiam nunc aliquando utuntur noſtrates. Quum vero medii ævi, de quo nobis Sermo eſt, monumenta literaria fere omnia fabulis mixta eſſent, inde evenit, ut ea appellatio *Romans*, quæ olim omnibus ſcriptis, lingua Romana, vel Latino-Gallica, exaratis, communis fuit, poſtea tranſierit ad ſcripta fabuloſa & amatoria. Inter Opuſcula Gallica Codicis 113. exſtat Narratio Bellorum a

Chriſtianis in Oriente geſtorum, cui titulus præmiſſus: *Li Romans de la Terre d'Outremer*, cum tamen autor non fabulas ſed veram hiſtoriarum narrationem præ ſe ferat. Haud aſpernenda eſſe autem carmina illa medii ævi, quæ nempe non ſemel lucem affundunt hiſtoriæ & geographiæ, non fugit viros doctos. Uſus eſt eorum opera & teſtimonio frequenter Francorum Hiſtoricus ætate quidem ultimus, acumine vero, & morum obſervatione, rerumque varietate forſitan primus, Abbas Velly, quem vide præcipue circa tempora Ludovici Sancti, ubi multa ex Poëtis medii ævi citat. Subit hic grata memoria Homeri, Poëtarum Principis, quamvis fabuloſi, cujus tanta autoritas fuit apud poſteros in Græcia, ut ejus verſus, ex Catalogo Navium, Iliados 2. a Solone citatus fuerit, aſſerendo juri Athenienſium in Salaminem inſulam; de quo vide Plutarchum in vita Solonis, & Quintilianum libro v. cap. xi. ubi hæc leguntur:

„Neque eſt ignobile exemplum, Megareos ab Athenienſibus, cum de Salamine „contenderent, victos Homeri verſu, qui „tamen non in omni editione reperitur, „ſignificans Ajacem naves ſuas Athenienſi-„bus

„bus junxiſſe." Sic verbi gratia Carmen Gallicum *des Loherens*, & illud de Guilelmo Auranienſi, Guillaume d'Oranges, hiſtoriam illuſtrant Caroli Martelli & Godofredi Bullonii.

Habet noſtra Bibliotheca, ut jam ſupra monui, varios rerum Hungaricarum Scriptores, inter quos eminet Johannes De Thurotz; hos ex codicibus ſuis edidit Bongarſius, Francofurti apud Wechelii heredes, 1600 in fol.; de quibus infra plura dicentur. Illa vero ſummi pretii eſt collectio plus quam 12 Voluminum in folio, miſcellaneorum nempe circa hiſtoriam & negotia publica Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, & ſucceſſionem illam Juliacenſem, quæ tantas controverſias & maxima certamina Principum excitavit. Ea collectio a Bongarſio in uſus proprios, dum Henrici IV. & filii ejus Ludovici XIII. ad Principes Germaniæ legatus inter ſumma illa negotia ad obitum uſque ſuum 1612 in Germania degebat, congeſta, continet multa memoriâ digna, inter quæ plurima exſtant Apographa, a Bongarſii manu, Epiſtolarum, quas ipſe ad Principes & privatos homines ſcripſerat. Haud minoris ſunt pretii Epi-

ſtolæ

Digitized by Google

ſtolæ Autographæ ad Bongarſium, inter quas duæ nobis eduntur, una Henrici IV. altera Henrici Ducis Bullonii, qui tunc Huguenotorum partibus in Gallia præerat; occurrunt aliæ multæ, non tamen omnes ad Bongarſium, inter quas illa Henrici Condei ad Amiralium Colineum, anni 1571 de rebus & negotiis Regni, digna eſt ut notetur. Pauca ex his Codicibus in lucem damus, plura forſitan edituri, ſi propter exiguam librorum copiam liceret certis ingredi veſtigiis; ſed in tam parva ſuppellectile errare vel ignorare multa facile eſt; & accidit, ut ea quæ anecdota credas, jam ſint nota. Diligenter tamen conſului Jacobi Le Long Bibliothecam hiſtoricam Galliæ, & alios Bibliographos multos. Utinam plura Volumina prodiiſſent Catalogi Bibliothecæ Regis Galliarum, qui jam ab anno 1740. moratur deſideria eruditorum & nondum quartam forſitan integri operis partem implet, quamvis jam tredecim volumina prodierint in fol.

Collectio nobis adeſt haud aſpernenda Epiſtolarum magnam partem anecdotarum, a viris eruditis, præcipue a variis Eccleſiæ reformatæ Doctoribus, ſeculi XVI, Calvino, Theo-

Theodoro Beza, Melanchtone, Bullingero, multæ etiam a noſtratibus, Ampelandris nempe patre & filiis, Wolfgango Muſculo & Abrahamo filio, Diarium a Wolfgangi Muſculi propria manu ſcriptum, itineris, quod colloquii religioſi gratia ex Auguſta Vindelicorum Iſenacum uſque inſtituit, ut inter alios conveniret Lutherum. Jam dudum conſtat, nihil magis illuſtrare Hiſtoriam generis humani, quam ejusmodi monumenta, Epiſtolas nempe familiares eorum, qui in negotiis publicis verſati ſunt; hîc enim tanquam in adyto ſervantur ſæpiſſime rationes intimæ conſiliorum, quas, dum in theatro vitæ humanæ hiſtrioniam agunt, raro recondunt oculis vulgi gregis ductores. Quæ de Valentino Gentili hæretico Italo hactenus nondum vulgata in noſtris ſcriniis reperimus, indolem illius hominis optime delineant. Interim, dum multa ejusmodi relego & hominum, qui ante nos fuere, mentes, geſta, conſilia, generis humani denique conditionem, certamina præcipue circa opiniones religioſas, bella cruenta inde exorta, memoriâ recolo, occurrunt verſus Lucretii libro II.

„Suave

Digitized by Google

„Suave mari magno turbantibus æquora ventis,
„E terra magnum alterius ſpectare laborem,
„Non quia vexari quemquam eſt jucunda voluptas,
„Sed quibus ipſe malis careas quia cernere ſuave eſt.

Sicut enim in rebus phyſicis, ita & in moralibus continua quædam videtur eſſe bonorum & malorum atque varia ſucceſſio. Sic olim corpora humana peſtis & elephantiaſis, animos ſuperſtitio, & rixandi circa res ſacras & dogmata fidei furor quidam per longam ſeculorum ſeriem exagitarunt; in quorum locum nunc generi humano alia mala incubuere. Præbet itaque opus noſtrum variam quaſi hiſtoriam rerum humanarum, quod niſi ita foret, & nomenclator tantum librorum, vel titulorum index, edendus fuiſſet, fateor me nunquam tædio ejusmodi laboris humeros ſubmiſſurum fuiſſe. Ordinem Catalogi paullum mutavi ab illo, quem in Præfatione prioris Tomi promiſeram. Pro duabus enim tantum claſſibus, quarum prior erat argumenti hiſtorici, altera ſub titulo *Miſcellaneorum*, artes, ſcientias, hiſtoriam litterariam, ordine alphabetico exhibituræ erant, diverſa aliquantum ratione, & quæ magis ſe rerum diviſionibus ad-

adprobaret, hunc Tomum diſtribuendum cenſui. *Prima* itaque *Claſſis* Hiſtoriam civilem, uti vocant, exhibet; opera geographica, itineraria, ſcripta quæ vocant politica, & quæ ad Jura Principum pertinent, fœdera item & acta publica, Chronica univerſalia & ſpecialia, inter quæ numero & dignitate, in ſcriniis noſtris eminent monumenta hiſtoriæ Galliæ, a Gallo nempe illuſtri, Jacobo Bongarſio collecta.

Secunda Claſſis exhibet codices qui de ſcientiis agunt, ſive Medicos, Chymicos, Botanicos, Mathematicos, Aſtronomos, Philoſophos omnes; item Juridicos. *Tertiâ* tandem *Claſſis* habet Miſcellanea omnia quæ vulgo ad hiſtoriam literariam pertinere dicuntur. Epiſtolarum collectiones magnam hujus claſſis partem efficiunt, unde & has junctim damus. Poëtæ & fabularum ſcriptores Gallici, qui medio ævo ſcripſere, itidem junctim apparent. Monumenta quæ ad hiſtoriam eccleſiaſticam pertinere videntur, quale illud Valentini Gentilis Negotium, Diarium etiam Wolfgangi, in hancce claſſem repoſui; quia ad hiſtoriam literariam virorum eruditorum referri poſſunt. Lexica & Grammatici, Critici etiam

&

Digitized by Google

& Antiquarii hic recenſentur. Operi noſtro coronis erit Index alphabeticus Librorum & Autorum, qui recenſiti ſunt. Pauca monenda reſtant de Jacobo Bongarſio, viro nunquam ſatis laudando, qui quamvis negotiis publicis implicitus, literas ſemper ita coluit, ut inter Eruditos ſui ævi nulli fere ſit ſecundus. Manum ejus ubique reperimus, quæ frequenter nobis facem prætulit; exemplum erit Codex ille 260, qui farraginem Chronicorum & rerum variarum exhibet. Martino Polono ſubjunctum erat in iſto codice Chronicon domus Auſtriacæ, ſub nomine Mathiæ a Nuwenburg, Berchtholdi a Buchegge, Episcopi Argentinensis Clerici; quod idem eſſe cum Alberti Argentinenſis Chronico, jam edito inter ſcriptores rerum Germanicarum Urſtiſii, annotaverat Bongarſius. Ibi nos magnam lectionis varietatem non ſolum, ſed anecdota quædam reperimus, quæ Viro clariſſ. Danieli Schöpflino ante aliquot annos, Theſaurum ſuum ſcriptorum Alſaticarum edituro, a nobis transmiſſa ſunt.

Bongarſius noſter Baylio dicebatur Autor eſſe libelli, qui Romæ anno 1585. in loco publico affixus eſt, titulo *Provocationis,*

no-

nomine Henrici Navarrenſis & Henrici Condei, a bulla fulminatoria Sixti V. Pontificis ad Concilium. Nunc vero, quum nobis repertum ſit Diarium a Bongarſii manu propria exaratum, itineris, quod menſe Majo 1585. ex Vienna Auſtria Conſtantinopolim uſque perfecit, ubi circa exitum Julii menſis ſe adveniſſe notat, non eſt veriſimile, provocationem illam, quæ Romæ 6. Octobris prodiit, Bongarſii eſſe. Diligenter perſcrutatus ſum, de illo Bongarſii itinere, an regio aliquo munere & negotiis publicis agendis fuerit inſtitutum. Nullum rei veſtigium in ſcriniis Pariſienſibus repertum eſt; unde conjecimus privatis tantum auſpiciis Bongarſium illud perfeciſſe. Præterea, antequam Henricus Navarrenus regno Galliarum potiretur, non Regi Galliarum ſed Navarreno noſter erat addictus. Plura de Bongarſio reperies præfatione Tomi I. Monendus eſt denique Lector, de ratione, quâ in deſcribendis variis Codicum noſtrorum ſpeciminibus & excerptis uſus ſim. Orthographiam vetuſtam ſervavi quam plurimum, ita tamen, ut aliquando accentus appoſuerim Gallicis, ne hæreret Lector. Numerum etiam annorum notis hodiernis, quas vulgo cifras Arabum vocant, expreſſi, compendii gratia.

Digitized by Google

Cæterum ſi quis de labore noſtro æquo animo judicare velit, evolvat Catalogos quamplurimos Bibliothecarum illuſtrium, & opus ampliſſimum nempe Bern. a Montfaucon Bibliothecam novam Mſſ. fol. 1739. 2. Vol. Paris. Reperiet titulos Codicum, præterea nihil. Magnis tamen viris me annumerare minime contendo, qui dederunt notitias codicum Mſſ. ampliſſimas, inter quos Petrus Lambecius, ante 100. circiter annos eximiam in deſcribendis codicibus Bibl. Cæſareæ Vindobonenſis, operam præſtitit. Bibliothecam Coislinianam deſcripſit idem Bernardus a Montfalcone, ubi multos Codices non ſolum recenſuit, ſed & plurima excerpta edidit. Prodiit etiam Catalogus Codicum Mſſ. Bibliothecæ Regiæ Taurinenſis, quem viri docti magnopere laudarunt, haud immerito quidem; exhibet enim excerpta quamplurima, obſervationes doctas, lectionum varietatem, & ita deſcribit codices, ut plerumque literati inde notitiam haurire queant. Debetur interim gratia & iis, qui Catalogos tantum vel Indices potius Bibliothecarum ediderunt, quale eſt opus illud Bernardi a Montfalcone, nempe Bibliotheca Mſſ. Nihil vero magis eſt opero-

roſum

roſum in recenſendis Codicibus manuſcriptis, quam varietas illa opuſculorum, quæ ſæpiſſime, nulla argumenti habita ratione, in eodem codice occurrunt, ut carmina, hiſtorias, & opera moralia, continuata ſcripturæ ſerie reperias. Sic v. g. Adonis Vienennſis Chronicon, Petri d'Ebulo Carmen de bello Siculo, Aurelius Victor de Cæſaribus, in eodem Codice junctim exſtant. Sic diſticha moralia Catonis, cum gloſſis ampliſſimis, Hugo de naturis animalium, Dicta veterum Philoſophorum, Carmina Germanica, Martinus Polonus de Pontificibus Romanis, & Alberti Argentinenſis Chronicon Auſtriacum, in eodem Codice, nulla diſtinctione nec paginarum nec titulorum, continuata ſerie ſcripturæ juncta ſunt. Hoc ortum a Barbarie Monaſtica, quum per multa ſecula Cœnobitæ totam fere librorum vel legendorum vel deſcribendorum Provinciam occupaſſent. Hi quæcunque incidebant in manus, membranis illinebant. Tranſiit hæc conſuetudo ad incunabula artis typographicæ; frequens enim fuit antiquis Typographis opuſcula diverſa junctim edere; quod omnes Bibliographi animadverterunt. Nos autem & in priori operis noſtri parte, & in hoc volu-

 mine,

Digitized by Google

mine, ſingulos Codices in varias Claſſes, ubi argumenti diverſi opuſcula continebant, diſpertiri utile fore duximus, ut aliquis rerum & materiarum naſceretur ordo. Probe norunt Bibliothecarii, rem non eſſe parvi momenti, Catalogos Librorum recte diſponere. Juvat enim augmenta ſcientiarum, ſi libros, qui ſunt quaſi copiæ & exercitus Eruditorum, rite ordinatos exhibeas. Bellum geritur ſapientibus viris cum barbarie & ignorantia; id ut recte inſtituatur & proſpero ſucceſſu, curandum eſt ut bene inſtructa acie potius quam magna armatorum multitudine hoſti occurratur.

Digitized by Google

CLASSIS HISTORICA.

Num. | *A.* | *Seculi.*

120. in fol. Codex membranaceus. Olim S. MAXIMINI ABBATIS (uti fert inſcriptio) quæ vel S. Maximini prope Treveros, vel S. Maxim. prope Aquas Sextias, in Provincia, Abbatia eſt. Poſtea Bongarſii, cujus manu varia adſcripta leguntur.

Continet

Adonis Cronica adbreviata. XI.

Sic enim fert titulus primo folio adſcriptus. Scriptura Codicis ſeculum XI. ſapit. *De Adone Viennenſi* in Gallia Epiſcopo, cujus Chronicon de ſex mundi ætatibus ſæpe editum fuit, lege Alb. Fabritii Bibl. medii ævi. Vixiſſe dicitur, uſque ad annum 874. Quæ igitur poſt hunc annum addita ſunt, alium autorem habere neceſſe eſt. In his verbis autem noſtrum Chronicon deſinit:

„Inclitus denique *Rotbertus* jam ut „credimus octogenarius Domini om„nipotentis fatigatus deſiderio ad il„lum qui eſt Rex Regum & Dominus „Dominorum XIII. Kal. Aug. fer. III.

Digitized by Google

„luceſcente aurora dici tranſiit nulli „priorum Regum in Domini ſervicio „ſecundus. Obiit autem Miliduno ca„ſtro Incarnat. Domin. anno MXXXII. „& deportatus Pariſiis juxta Patrem „ſuum ſepelitur ante altare S. Trinita„tis. Inclita vero Regina *Conſtantia* „poſt mortem ſui *ſenioris* piiſſimi Rot„berti anno III. moritur & VIII. Kal. „Aug. juxta ipſum ſepelitur. His tem„poribus talis ac tanta fames oborta eſt „pene in toto terrarum orbe ut filii in „parentes & parentes..

Hic ſubito abrumpitur narratio, ut videatur ipſe Compilator Chronici opus imperfectum reliquiſſe. Eadem pagina exhibet Fragmentum non recentiori ſcriptura de Tiberii Cæſaris miſſione ad Jeſum; quod infra totum deſcriptum dabimus.

Folia 57 vel paginas 114 implet hoc Adonis Chronicon. In pagina penultima ad annum 987. ſequentia leguntur.

„In ejus (Hugonis Capeti) ergo diebus „floruit *Abbo* Abbas Floriacenſium „Rector piiſſimus & per omnia Deo „digniſſimus.

De hoc *Abbone*, cujus opus de Vitis Pontificum in noſtro Codice ſequitur, mox dicemus.

Se-

Digitized by Google

Sequitur

Aurelius Victor de Vitis Cæſarum,

qui folia 17 implet. Scriptura prorſus ejusdem ævi videtur quæ ſuperioris Chronici.

Sequitur

Abbonis, ſive uti hic legitur, *Albonis Floriacenſis* Excerptum de geſtis Pontificum Romanorum.

Hoc Breviarium implet folia 18.

De Abbone Floriacenſi, quem modo a continuatore Adonis commemoratum diximus, vide Caſim. Oudinum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Is teſtatur Epitomen de Pontificum vitis Abbonis ex Anaſtaſio Bibliothecario excerptum edidiſſe Joh. Buſæum, Moguntiæ 1602. 4to.

Adeſt nobis exemplar hujus editionis, quo cum codice collato, comperimus, ex ipſo codice noſtro evulgatum eſſe opuſculum; quod inde conſtat primum, quia editor ſe virorum duorum eruditorum beneficio codices nactum teſtatur, *Luitprandi* de geſtis Pontificum, quem cum *Abbone* ſimul edidit, & Abbonis; in margine *vero* editionis adſcripſit ipſe Bongarſius nomina *Freheri & Bongarſii*, Deinde titulus, quem Buſæus in Præfatione deſcriptum dat, cum noſtro congruit, eraſa nempe voce *Abbas*, quæ nomini Abbonis adſcripta fuit olim. Cum vita Gregorii II. qui anno 731. obiit, abrumpitur Codex noſter, quod itidem ſe etiam habet in editione Buſæi.

ſæi. Tandem appendix illa, parvi momenti, quam ſe omiſiſſe teſtatur editor, etiam in noſtro Codice exſtat.

Fragmentum de Hiſtoria Chriſti; ex codice 120.

Titulus.

„Qualiter Tiberius Ceſar Jeroſoli„mam Voluſianum ad Jeſum direxit;

„Eo tempore Tiberio & Vitel„lio conſulibus; cum Tiberius Ce„ſar Romanum gubernaret imperium, „neceſſe ei fuit ut in partes Jeroſoli„morum virum prudentem dirigeret, „ut Chriſtum videre poſſet; quia mul„ta de eo miracula audierat, quod „mortuos ſuſcitaret, & infirmos ver„bo ſanaret tam per ſe quam etiam „per diſcipulos ſuos; hoc enim con„ſilio utitur dicens; ſi Deus eſt: pre„ſtare nobis poteſt; ſi autem homo eſt „amare nos poteſt, & rem publicam „gubernare per eum poſſumus; Ta„men quia perurget me infirmitas cor„poris mei, eligatur homo prudens „qui eum ad nos cum rogatu & ma„gno honore perducere poſſit; elegit „itaque illuſtrem virum Voluſianum „nomine ſacerdotem templi jam ex

„co-

Digitized by Google

„comite rei publice privatum; ut di-
„rigeret & mitteret eum in partes Je-
„roſolimorum, ut illum tam ſuo ro-
„gatu quam Ceſaris Auguſti ſub reve-
„rentia & honore ad eum perduceret,
„quia tanto dolore cruciabatur; ut
„etiam ſecrecior putredo & conciſio
„vulneris de ejus corpore diſtillaret,
„& quamvis ſummis medicamentis &
„unguentis languida viſcera refovere
„ſtuderet; nullum tamen in infirmita-
„te cure ſenciebat effectum, & nullum
„ſue ſalutis ſenciebat adjumentum, &
„nihil ei ad ſanitatem proficiebat; juſ-
„ſit igitur Voluſianum ad ſe perduci;
„Quem cum vidiſſet, dixit ei; Teſtor
„te per deos deasque & auctorem deo-
„rum fungere legacione mea, & rei
„publice tribue ſalutem, quia intrin-
„ſecus urget me dolor, & viſcera
„mea vulnerata funduntur. Et cum
„hoc feceris quodcumque deſideras
„tuo judicio adimplebitur; Feſtina
„ergo & vade hieroſolimam quia au-
„ditum eſt mihi quod ſit ibi quidam
„iudeus nomine Jeſus, quem etiam di-

B 5 „cunt

Digitized by Google

„cunt mortuos ſuſcitare, cecos illumi-
„nare, aliaque.

Cætera deſunt.

Tale quid vide relatum inter Acta Pilati alias *Nicodemi Evangelium*, edita ab Alb. Fabritio, codice Pſeudepigrapho N. Teſt.

Alberti Argentinenſis Chronicon. Vide *Mathiam a Nuwenburg,*

Anonymorum Scripta.

46. Codex membranaceus. fol. olim Jac. Bongarſii ſcriptura nitida. XII.

Anonymi Deſcriptio Terræ ſanctæ.

Implet folia 17. vel paginas 34.

Deeſt nomen autoris, diverſum opus ab itinerario Arculfi de quo infra; ſic vero incipit:

„Quia vidi quosdam devocione af-
„fectos ea ſaltem aliqualiter ymagina-
„ri que propter locorum diſtantiam
„non poſſunt corporaliter intueri, cu-
„piens quantum eſt poſſibile talium
„ſatisfacere deſiderio, terram ſanctam
„quam pedibus pluries perluſtravi con-
„ſideravi & notavi diligenter & ſtudio-
„ſe deſcripſi, hoc lectorem ſcire vo-
„lens, quod nihil in hac deſcriptione
„po-

Digitized by Google

„poſui, niſi quod preſencialiter in lo-
„co exiſtens vidi vel ſtans in monti-
„bus aliquibus vel in locis opportu-
„nis, ubi acceſſum habere non po-
„tui a Surianis vel Sarracenis & aliis
„terre habitatoribus diligentiſſime in-
„terrogans quod queſiveram annotavi.
„Totam enim terram ſanctam a *Dan*
„uſque *Berſabe*, a mari uſque ad ma-
„re qui ſunt ejus termini vel pedibus
„ut dixi perambulavi vel oculis ubi
„non erat acceſſus diligentiſſime con-
„ſideravi, advertens autem ſtudioſe
„quomodo poſſem hoc naturaliter de-
„ſcribere ita ut poſſent hec a legenti-
„bus ymaginacione facili deprehendi,
„cogitavi centrum aliquod in ora ipſa
„ponere & circa illud totam terram
„modo debito ordinare & ad hoc e-
„legi civitatem *Achonenſem* que tamen
„non eſt in medio ſed in ejus occi-
„dentalis fine collocata, & ab ipſa
„ptotraxi quatuor lineas quatuor mun-
„di... ſpondentes & quamlibet partem
„diviſi in tria ut reſponderent duode-
„cim diviſiones iſte duodecim ventis
„celi

Digitized by Google

„celi & in his diviſionibus poſui ci-
„vitates & loca in ſcripturis magis
„nota ut ſingula loca poſſint de facili
„inveniri.

Tituli Capitum rubrica notati ſic habent:

De Achon. De Phenicea Regione. Caſale Lamberti. Scondalon Caſtrum. Puteus aquarum vivencium. De Tyro. De fluvio Eleuthero. Sarepta Synodie. De Sydone. Antilibanus. Beritus civitas. Byblium. Civitas Botrum. Tripolis. Lybanus. Tortoſa, Antyrodus dicta. Arachas Caſtrum. Laodicia. Turonum Caſtrum. Aſſor civitas. Jothapata. Belenus. Ceſarea Philippi. Jordanus. Ad aquas Maron. Planities Libani. Caſtellum Judith. Vallis Seminym. Caſtrum Sephec. Cede Neptalim. Mons quinque panum. Locus leproſi. Fons Capharnaum. Trechonitis Regio. Yturea. Caſale S. Georgii. Naaſon. Dotaym. Neptalim Tobie. Bethſayda. Magdalum Caſtellum. Locus Jeſu. Caphernaum. Corrazaym. Cedar. Mons Seyr. Ydumea. Chana Galileæ. Beelma. Mons Betulie. Tyberias civitas. Sephonim. Nazareth. Mons Thabor. Torrens Cyſon. Mons Hermonim. Endor. Mons Hermon. Mons Carmeli. Caymoth. Megedo &c. Omnes capitum titulos deſcribere longum foret. Hieroſolymæ deſcriptio prolixa eſt. Credulitatem autoris aliquantum ſuſpicari licet ex variis, tum præcipue ex narratione ſequenti miraculi, quod in Templo præſepis Urbis Bethleem narrat ſe præſente perpetratum. Præmitto deſcriptionem Eccleſiæ ipſius:

„Non

„Non vidi ergo nec audivi alium qui
„dixerit ſe vidiſſe in toto orbe terra-
„rum ita devotam ſicut Eccleſia Beth-
„leemitana eſt. Sunt due in ea co-
„lumpne marmoree nobiliſſime ma-
„gnitudine & altitudine ſtupenda. Pre-
„terea navis ipſa Eccleſiae deſuper co-
„lumpnas tota eſt facta opere rariſſimo
„nobiliſſimo & pulcherrimo. Totum
„pavimentum Eccleſie ſtratum eſt mar-
„more diverſorum colorum & gene-
„rum. Parietes Eccleſiae ex omni
„parte tecti ſunt tabulis marmoreis
„quarum precium ſecundum opinio-
„nem multorum non poteſt eſtimari.
„Incredibilia poſſent de opere hujus
„Eccleſie ſcribi. Capella etiam in qua
„eſt preſepe facta eſt opere muſivo
„ſtrata marmore. Sarraceni in magna
„reverentia habent Eccleſiam iſtam
„pre ceteris Ecleſiis Virginis glorioſe.
„Vidi ego in Eccleſia iſta miraculum
„glorioſum. Soldanus enim videns
„hujus Eccleſie ornatum & tabulas
„parietum & columpnas precioſas juſ-
„ſit omnia deponi & deportari in

„Ba-

Digitized by Google

„Babylonem volens inde ſuum Pala-
„tium decorare, & mira res miniſtris
„cum inſtrumentis accedentibus adhuc
„ipſo Soldano aſtante de ſano & inte-
„gro pariete quem nec acus videbatur
„poſſe penetrare ſerpens mire magni-
„tudinis exivit & prime tabule que
„occurrit morſum dedit, & tabula
„per medium latitudinis confracta eſt.
„Secundam adiit & tertiam & quartam
„& ſic per ordinem uſque ad noven-
„decem & omnibus ſimiliter accidit.
„Omnibus ſtupentibus & ipſo Soldano
„& ut ab incepto animum revocavit
„ſerpens deſerpſit. Remanſit igitur Ec-
„cleſia & remanet hodie ſicut prius.
„Veſtigia tamen tractus corporis ſer-
„pentis in ſingulis tabulis apparent no-
„tabiliter quaſi combuſtio quedam fa-
„cta, & ſuper omnia mirabile vide-
„tur quomodo ſerpens ſic procedere
„potuit per transverſum in pariete
„qui erat pleniſſimus & politiſſimus
„ſicut vitrum.

In capite de Agro Damaſceno hæc habet:

„Ager Damaſcenus in quo plaſmatus
„fuit

„fuit Adam eſt medio loco inter E-
„bron veterem & ſpeluncam duplicem
„ab utroque diſtans quantum jacere
„poteſt arcus vel parum plus. Ager
„iſte in veritate multam habet rubeam
„terram & flexibilem ſicut ceram, de
„qua & ego tuli. Similiter faciunt
„omnes Chriſtiani & Sarraceni & ta-
„men modica apparet foſſio in loco
„illo. Dicitur quod enim ſemper poſt
„annum foſſa miraculoſe repleatur.
„Sed oblitus fui quærere veritatem.
„Certum eſt quod quicunque portat
„de terra illa nunquam animal *ejus* of-
„fendit nec cadit nec infunditur.

Multa habet quæ in Jacobi de Vitriaco Acconenſis Epiſcopi Deſcriptione Terræ S. quam ſæpe citavimus, edita inter geſta Francorum, ſub titulo Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ, non invenies; accurate deſcribit ſitum & diſtantias locorum. Mutationes autor, quas vel injuria temporum vel vis hominum intulit variis locis, notat. v. g. de Cana Galileæ hæc notat:

„De *Achon* ad quatuor leucas eſt Cha-
„na Galileæ, ubi convertit Dominus
„aquam in vinum, & oſtenditur ho-
„die locus in quo ſteterunt ſex ydrie
„&

„& triclinium ubi erant menſe. Sunt „enim hec loca ſicut fere omnia in „quibus Dominus eſt operatus *ſub* „*terra* & deſcenditur ad ea ſub terram „per multos gradus. Similiter eſt locus „*annunciationis* & nativitatis ſicut eſt „in Chana Galileæ & plura alia que „ſub terra oſtenduntur. Cujus aliam „rationem non invenio niſi per fre- „quentes deſtructiones ruine ſunt ſu- „per terram exaltate & ſic eis quali- „tercunque complanatis alia edificia „ſunt deſuper locata. Chriſtiani vero „habentes devotionem viſitandi loca „ſancta volentes ad vera loca ubi res „eſt geſta pervenire oportebat ut e- „ruderarent loca ád gradus ſecundos „ut ſic ad ea pervenirent.

Capita tria ultima hos titulos habent:

„De fertilitate terræ ſanctæ, de vineis „terræ ſanctæ, de habitatoribus terre „ſancte.

Ea præcipue ideo edimus, quia de hoc argumento, nempe de fertilitate Terræ S. noſtro ævo ſæpe diſputatum eſt. Monumentum quod edimus, 600 fere annorum antiquitatem quum præ ſe ferat, qualis tunc fuerit Terræ S. ſtatus ſcire cupientibus, lectu gratum erit:

Digitized by Google

„Terra autem ſancta ſicut & ſcribitur
„& legitur erat in veritate egregia in-
„ter omnes terras licet quibusdam qui
„ipſam diligenter non conſideraverunt
„contrarium videatur. Eſt tamen fer-
„tilis valde in frumento quod fere
„absque labore magno colitur & creſ-
„cit. Cum duobus enim bobus ut
„ſepius vidi trahitur aratrum in tota
„terra nec eſt neceſſe equos annectere
„propter facilitatem arandi. Sed nec
„ſtercorari ibi unquam vidi terras aut
„agros, herbas multas ſponte profert
„humus, feniculus, ſalvia, ruta &
„roſe, paſſim etiam in campo creſ-
„cunt; lana ſuccida creſcit in qui-
„busdam frutectis que alta ſunt uſque
„ſuper genua hominis ſuper terram,
„& ſingulis annis de novo creſcunt
„vitis foliis fere ſimilia & in ipſis creſ-
„cunt folliculi quidam in quibus eſt
„lana que colligitur circa Feſtum Mi-
„chaelis. Canne mellis ſimiliter creſ-
„cunt ibi in locis opportunis que ſunt
„ſimiles cannis communibus exterius
„ſed majores multo. Interius enim non

C „ſunt

„& triclinium ubi erant menſe. Sunt „enim hec loca ſicut fere omnia in „quibus Dominus eſt operatus *ſub* „*terra* & deſcenditur ad ea ſub terram „per multos gradus. Similiter eſt locus „*annunciationis* & nativitatis ſicut eſt „in Chana Galileæ & plura alia que „ſub terra oſtenduntur. Cujus aliam „rationem non invenio niſi per fre- „quentes deſtructiones ruine ſunt ſu- „per terram exaltate & ſic eis quali- „tercunque complanatis alia edificia „ſunt deſuper locata. Chriſtiani vero „habentes devotionem viſitandi loca „ſancta volentes ad vera loca ubi res „eſt geſta pervenire oportebat ut e- „ruderarent loca ad gradus ſecundos „ut ſic ad ea pervenirent.

Capita tria ultima hos titulos habent:

„De fertilitate terræ ſanctæ, de vineis „terræ ſanctæ, de habitatoribus terre „ſancte.

Ea præcipue ideo edimus, quia de hoc argumento, nempe de fertilitate Terræ S. noſtro ævo ſæpe diſputatum eſt. Monumentum quod edimus, 600 fere annorum antiquitatem quum præ ſe ferat, qualis tunc fuerit Terræ S. ſtatus ſcire cupientibus, lectu gratum erit:

Digitized by Google

„Terra autem ſancta ſicut & ſcribitur
„& legitur erat in veritate egregia in-
„ter omnes terras licet quibusdam qui
„ipſam diligenter non conſideraverunt
„contrarium videatur. Eſt tamen fer-
„tilis valde in frumento quod fere
„absque labore magno colitur & creſ-
„cit. Cum duobus enim bobus ut
„ſepius vidi trahitur aratrum in tota
„terra nec eſt neceſſe equos annectere
„propter facilitatem arandi. Sed nec
„ſtercorari ibi unquam vidi terras aut
„agros, herbas multas ſponte profert
„humus, feniculus, ſalvia, ruta &
„roſe, paſſim etiam in campo creſ-
„cunt; lana ſuccida creſcit in qui-
„busdam frutectis que alta ſunt uſque
„ſuper genua hominis ſuper terram,
„& ſingulis annis de novo creſcunt
„vitis foliis fere ſimilia & in ipſis creſ-
„cunt folliculi quidam in quibus eſt
„lana que colligitur circa Feſtum Mi-
„chaelis. Canne mellis ſimiliter creſ-
„cunt ibi in locis opportunis que ſunt
„ſimiles cannis communibus exterius
„ſed majores multo. Interius enim non

„ſunt concave ſed omnino plene in
„quibus eſt poroſa ſubſtantia quae eſt
„diſpoſita ſicut illud quod invenitur
„in Virgis Sambucę. Iſtę cannæ col-
„lectę inciduntur ad longitudinem di-
„midię palmę & ſic exprimuntur in
„prelo; quod expreſſum fuerit in mo-
„dum aquæ diſpoſitum coquitur fortiſ-
„ſime in Caldariis ęreis. Spuma quę
„exinde colligitur & ponitur ſeorſim
„in cophinis de ſuptilibus viminibus
„contextis. Quod groſſioris ſubſtantie
„fuerit manet in cophinis & ſiccatum
„*Zucura* efficitur quod diſtillat mel eſt
„nobiliſſimum & condendis cibariis
„valde aptum. Iſte canne inciduntur
„ad longitudinem unius digiti vel
„paullo minus ita tamen quod *ita*
„particulę ſemper in medio nodum
„habeant qui ſemper ſunt plurimi in
„una canna. Iſtę particule ſubterran-
„tur tempore verno in locis quibus
„poſſunt per canales & aqueductus
„continue irrigari & ex illis creſcunt
„novę cannę ita ut de qualibet parti-
„cula cannę duę oriantur, ſingulę ſci-
„licet ex utraque parte nodi.

NB. Patet, autorem deſcribere cannam Sacchari, quam Arabes, Averroes, Avicenna *Tabaxir* dixerunt, non diverſam a hodierna Canna Sacchari. Notatu dignus eſt iſte locus, de uſu enim ejus plantæ apud Orientales eo ævo controverſia fuit inter eruditos. Vide Dictionnaire de Medecine p. James & Diderot. fol. voce Saccharum.

„Verum eſt autem quod in terra illa „non inveniuntur pira neque poma „niſi valde raro neque ceraſa neque „nuces & fructus alii plures quorum „copia eſt ultra mare. Sed de Damaſ„co ſunt & diu non durant propter „nimiam in arbore decoctionem. Sunt „tamen quidam fructus ibidem qui per „totum annum in arboribus conſer„vantur & utuntur eis homines toto „anno. Simul enim & ſemel & novi „fructus & veteres ſunt in arbore & „flores ſimul cum utroque fructu. Et „iſta ſunt poma quę vocantur *naranges* „& lemones, poma *Adæ*, poma cedri„na & quedam alia poma crocea ma„gna valde in quantitate ad modum „magni canthari de quibus omnibus „indiginę terrę illius faciunt compo„ſitiones multas aromaticas & electua-

 „ria

„ria valde bona. Sunt etiam ibi qui-
„dam fructus qui dicuntur poma pa-
„radyſi & creſcunt ad quantitatem co-
„phini oompetenter magni & groſſi
„inferius ſuperius vero acuti, & ha-
„bent unum pomum quandoque cen-
„tum grana vel plura vel etiam pau-
„ciora & ſunt grana iſta oblonga ad
„latitudinem ſex digitorum ſpiſſa vero
„plurimum ad ſpiſſitudinem ovi gallinę.

324. Codex membranaceus Bongarſii. XIII.

Anonymi Chronicon univerſale a Nino Aſſyriorum Rege.

Deeſt titulus & præfatio operis. A manu recentiori adſcriptum legitur: *Monachi cujusdam Foſſetenſis de Hiſtoria Francorum.* Sed non minus fuſe deſcribit res geſtas Imperatorum orientalium, quam res occidentis. Deficit codex noſter in libro VI. operis circa annum Chriſti 1000. regnante Roberto, Hugonis Capeti Regis Francorum filio. Libris ſingulis præfationes præmittit. Liber V. incipit in Imperio Conſtantini magni; præfatio libri continet brevem Galliarum deſcriptionem, Libri VI. Præfationem integram ſubjungimus, quia de conſilio autoris &operis ratione agit.* Hactenus codex noſter totus fere idem eſt cum Hugonis de S. Victore Chronico, cujus liber V. eundem prologum cum deſcriptione Galliæ

* Hanc vide infra *Hugo* de S. Victore.

Galliæ habet & ab Imperio Conſtantini magni incipit; deſinitque in Imperio Mauritii.

Quis fuerit autor Chronici, nos ignorare fatemur. Evolvimus innumeras collectiones & Chronicorum Theſauros; fruſtra quæſivimus noſtrum; quamvis tamen fieri poteſt, ut jam alicubi ſit editum; infinitus foret labor, omnes illos theſauros, qui per duo fere ſecula tam in Gallia quam in Germania prodiere, ſic perluſtrare ut nihil oculorum aciem fugiat. Narratur in noſtro chronico ſatis accurate fundatio monaſterii Foſſatenſis, quod in dioceſi Pariſienſi ſitum, alias *Saint Maur des Foſſès* nomine venit. Inde forſitan conjectura orta, quæ Monachum Foſſatenſem autorem chronici eſſe fingit. Varia nos in iſto opere deprehendimus, quæ deſunt in opere Hugonis, alia, quæ Hugo ſcripſit, hic deſunt. Speciminis gratia Hiſtoriam *Baboleni* qui fundator Monaſterii Foſſatenſis a noſtro dicitur, ex codice deſcriptam damus. Vixiſſe noſtrum poſt Hugonem de S. Victore, probatur fragmento, quod poſt obitum Ludovici pii, Caroli magni filii, operi ſuo inſeruit, ubi ſeriem Regum Francorum a prima gentis origine uſque ad Regem Ludovicum Sanctum deduxit. Deinde ordo narrationis continuatur, præmiſſis iis quæ in excerpto leguntur infra.

Videtur mihi noſter deſcripſiſſe Hugonem a S. Victore; in iis tamen quæ poſt obitum Ludovici Imperatoris, quem noſter male in annum 847. collocat, Hugone brevior eſt & multa omittit. *Monaſterii Foſſatenſis* fundationem

tionem etiam in illo breviario vel fragmento ſecunda vice narrat; quod alias *S. Maur des Foſſes* nunc ad Manſam Archiepiſcopi Pariſienſis relatum, fuit olim ordinis S. Benedicti, cujus ordinis etiam Monachus fuit Hugo Floriacenſis. Præfatio illa ad Adelam quæ præmittitur libro VI. quin pertineat ad eandem Regis Angliæ Guilelmi conqueſtoris filiam, cui opus ſuum dedicavit Hugo, non dubito. Cur autem libro VI. præmiſſa ſit, non initio operis, me neſcire fateor.

Excerptum.

„Floruit his diebus in partibus Gal„liarum vitæ & merito ſanctitatis egre„gius Foſſatenſis Cœnobii fundator, „Babolenus. Qui cum Beato Colum„bano puerulus religionis gratia im„buendus a religioſo patre ſuo Gui„nioco traderetur vitæ ordinem mo„rum honeſtatem præeunte gratia cui „mens intus parabatur ab eodem ſuf„ficienter edoctus tertius poſt ipſum „Athale ſecundus Bobienſe ſtrenue „rexit cœnobium. Ingraveſcente au„tem hæreſe Monothelitarum quæ „tunc temporis pullulabat uſque adeo „publice & privatim infuſæ circum„quaque malignitatis virus propinavit „ut machinantibus impiis heu etiam

„cor-

Digitized by Google

„cordaa innocentium ſeducendo foris „gladius & intus pavor non deeſſet. „Cui nec ad modicum parens vir bea-„tus ſed nec Papa Martinus qui ejus-„dem poſtea perſecutionis flante pro-„cella paſſus exilium martirium con-„ſummavit.

Poſt narrata geſta Baboleni paullo infra hæc addit:

„Ædificavit igitur venerabilis Pater „Deo dilectus Babolenus in honorem „beatæ & glorioſæ ſemper virginis „Mariæ & ſanctorum Apoſtolorum „Petri & Pauli Foſſatenſe Monaſterium „& ſecundum regulam S. Benedicti & „S. Magiſtri ſui Columbani reverenter „admodum omnibus ordinatis vocan-„te Domino ei locum benedixit, Clo-„thario Clodovæi filio agente in ſcep-„tris beato fine quievit, cui ſucceſſit „Ambroſius & Ambroſio Waldomarus.

Circa annum 847. hæc leguntur;

„Floruit etiam hoc eodem tempore „vir quidam Rabanus nomine qui & „ipſe de laude crucis librum diverſis „ſcematibus decoratum metrice com-

„poſuit. Hic de Regibus breviter re„texamus.

„Reges Francorum electione pariter „& ſucceſſione ſoliti ſunt procreari a „primo Faramundo uſque in Hildri„cum regem, qui juſſu & conſilio „Stephani Romani Pontificis in mona„ſterium truſus eſt ac detonſus.

Paullo infra hæc in ſerie hiſtorica Regum Galliæ-

„Chilpericus defunctis fratribus ſolus „accepit imperium. Huic ſucceſſit „Clotharius. Hic genuit magnum „Dagobertum Eccleſiarum largitorem „qui Eccleſiam Beati Dionyſii Areopa„gitæ conſtruxit in qua & ipſe con„ditus jacet. Cui ſucceſſit Clodovæus. „Cujus tempore Sanctus Babolenus „per manum Audoberti Pariſienſis E„piſcopi. &c.

Breviarium illud hiſtoricum operi inſertum, a recentiori manu uſque ad Ludovicum IX. vel Sanctum progreditur, de quo hæc:

„Ludovicus poſt patris obitum puer „tredecim annorum cum matre re„gnare cœpit & regnavit 44. annis.

„Hic

Digitized by Google

„Hic ſtatura magnus humilimus fuit
„& religioſus erga Dei cultores beni-
„volus & devotus amator pauperum
„religioſorum, cujus tempore multa
„monaſteria novorum ordinum per re-
„gnum Franciæ conſtructa ſunt. Hæc
„de regibus breviandi & ordinandi
„cauſa dicta ſufficiunt. Nunc unde
„digreſſi fuimus revertamur. Floruit
„hoc tempore vir quidam Rabanus
„nomine &c. &c.

98. fol. Codex membran. XIII.

Anonymi Chronicon.

Codex cui deeſt initium uſque ad folium 123. continens opus quoddam hiſtoricum ex omnibus Chronicis compilatum; folium 124, ubi incipit Codex noſter, agit de temporibus Alexandri magni, continuatur deinde hiſtoria uſque ad tempora Juliani Imperatoris, ibi incipiunt præcepta quædam moralia Salomonis, & Philoſophorum quorundam, item Patrum, uſque ad paginam 247.

Aliud inde a pagina 248. incipit opus, ſub variis titulis digeſtum, quorum *primus* ſic: Dou primier Ampereour de Rome; ubi de J. Cæſare ſermo fit. *Secundus:* des Rois de France; ubi de prima Francorum origine. *Dein* dou Nouvel Teſtament. *de laj Meire Noſtre Dame* (de matre Mariæ) & de aliis

Digitized by Google

Sanctæ Familiæ Perſonis. *Dein*: comant li Ampereir à France; de translatione Imperii ad gentem Francorum. Comment lAmpereire vint aux lombairs. *Dein* comant lAmpereir vint an Allemaigne; ubi de Friderico II. Imperatore, cujus coævus fuiſſe autor videtur; de quo hic locus:

Ia ſoit ce que Mainfrois li fil dou devant dit Frederic — tint lou roalme de pulle (pouille), . pourſit il maintes guerres & maintes perſecutions contre les Italiens qui ſe tenoient de Sainte. Egliſe meismement contre les Guelfes qui ſe tenoient de la partie de Florence tant quil fuſt chaçies hors de la Ville & lors furent miſe au feu & au flame & fuſt chaſaies *Maiſtre Brunet* & ſi eſtoit il por celle guerre Cliens à France quant il fiſt ceſt Livre por lAmor de ſon Amj ſelon ſoi quil diſt ou prologe devant. Nomen hic auctoris expreſſum videtur & ætas, nempe qui bello Manfredi præſens adfuerit, nomen vero *Brunet*.

Sequitur poſt hunc titulum alius, qui ſic habet;

Se ſont les Offices, ke li VII. princes eleixours d'Allemaigne ont de l'Ampere. Ubi ſeptem Electorum nomina & dignitates recenſentur.

Tandem pagina 250. continet breviſſimam Hiſtoriam Regum Italiæ a Berengerio ad Fridericum II. & deſinit in morte Manfredi & Caroli Andegavi expeditione Napolitana, unde hæc de prælio Caroli & Gallorum adverſus Conradinum & Germanos excerpere lubet:

Et

Digitized by Google

Et li Rois Charles qui fuſt a lencontre pres d'une vile qui eſt apellee Taillecourt. & puiske li dui oſt furent aſſambles jl ne fait a dire ce la bataille fut grans & perillouſe; il nait (il n'y a) plus aipre gens allemans & francois; In morte Conradi deſinit pars hiſtorica hujus operis, quod terminatur ſententiis moralibus Sanctorum & Philoſophorum.

In ipſo textu ſæpius, ubi de iſto opere ſermo eſt, hæc verba leguntur: Ci diſt li Contes &c &c. illo nempe ævo dicebantur *Contes, Romans*, hiſtoriæ de rebus graviſſimis.

In pag. 277. & 278. a multo recentiori manu, continetur etiam lingua gallica, Indulgentiarum Apoſtolicarum ſumma, pro 100000 annis; & le pleriage de Rome fait en 1394.

590. Codex membran. Olim Petri Danielis. XIII.
4to.

Anonymi Chronicon univerſale ab orbe condito ad annum uſque 1226. lingua gallica, ſine titulo vel nomine.

Totum opus continet folia 125, vel paginas 250, cui in fine ſubnexa eſt ſeries Regum Francorum a Pharamundo uſque ad Ludovicum S. quæ tamen erroribus ſcatet. Nulla apparet librorum vel capitum diviſio. In ſectiones tamen diſtinguitur, quibus ſingulis præmiſſa eſt litera initialis, picturâ ornata, quæ argumento reſpondet. Turbatus eſt ordo foliorum codicis. Narrantur res geſtæ Imperatorum & Pontificum, præcipue vero Regum Francorum. Speciminis loco hæc excerpta ſubjungere lubet;

Digitized by Google

Ubi de Turri Babylonica

„Li aucuns qui deſcendoient des „fis Noe par le Conſeil de *Neurop* „(Nimrod) qui de tos les aultres e„ſtoit plus hardis & plus viguerous „commencierent a fere une *tor* qui „trois mile pas out de haut. Si com„me len dit, -- Tuit li homme furent „a fere cete tor ſi haute que par cele „peuſſent monter es ciels. Mes *li dex* „envoierent lor vens fors & abatirent „tot en un mont & partirent a chas„cun ſa propre *vois* & ſon propre „langage.

De Juliano Imperatore

„Conſtances li Emperéres avoit un „Oncle qui avoit nom *Juliens.* Freres „eſtoit *Galli* & freres ſon Pere Con„ſtantin. Dicelui Juliens fiſt *Conſtance* „*Ceſaire* & Grant Seignor & li donna „*Conſtance* ſa *ſeror* a femme & lenvoia „en France comme celui qui tos les „jors de ſa vie avoit eſté bon Cre„ſtien & mout eſtoit bons eſcoliers „des letres divines & des ſeculars.

„Mes

„Mes il devint bougres & heretiges
„mes pour couvrir ſa fauſeté il ſe fiſt
„fere coronne & fet auſi comme ſil
„fut moines, & ſe tendi, & fu *Liſeor*
„en lEgliſe de Nichomedie. Apres
„ce quant vit ſon coup il iſſi hors
„de la religion & en cacha tos ſes
„anemis de Galle. Il ſe fit Ceſar &
„veinquis les Allemans & ſe fiſt con-
„tre droit apeler Ceſaire Auguſte.
„Quant Conſtance connuſt ceſte cho-
„ſe il vouſt aller ſus lui. Mes il mo-
„rut en la voie & Juliens empera apres
„lui un ſol an & huit mois. Il def-
„fendi as creſtiens que il nappriſſent
„nul des ſept ans. Il comanda que li
„Temples fuſſent *omint.* Il comanda
„que tuit li Chevalier Creſtiens ſa-
„creſſaſſent as Idoles ou il meiſſent jus
„l'ordre de Chevalerie & diſt que il
„n'aferoit pas as Creſtiens que il juge
„de nul droit ne que ils euſſent en-
„ſeigne de Chevalerie ne que il fuſſent
„Seignor de nule contrée ne que il
„doivent uſer d'eſpee. Iſſi fu defendu
„as Creſtiens Chevaliers de quoi avint
„que

Digitized by Google

„que pluſors en furent fèu creſtiens
„& pluſors en furent martyriés & du
„nombre de ceus fu Johann. & *Pol*
„qui eſtoient *Chamberlene Conſtance*
„la fille au Grant Auguſtin &c

Ubi narrat Edictum Juliani de reſtauranda a Judæis Hieroſolyma, & terræ motu, quo res irrita facta eſt. Eadem fere habet, quæ *Richardus* Pictavienſis; de quo infra.

De Carolo Martello.

„En l'an de l'icarnacion 715 morut
„Pepins & leſſa a heritier *Karles Mar-*
„*teaux* ſon fils qu'il avoit eu *d'Alpaide*
„ſte Cité ne ſoit aux Florentins ren-
„due ; & ainſy que gaignerés vous
„quant Florence aura ceſte deſpence
„de cy tenir ſiege d'ung an ou deux,
„tout premierement ceſte contrée ſera
„toutte deſtruitte, il n'y demourera
„ny manoir ne grange que tout ne ſoyt
„abbattu pour les gensdarmes logier.
„Se vous aves intencion d'eſtre ſecou-
„rus du Pape, du Roy & d'Empereur
„il y fauldroit ung grand effort pour
„rompre ung tiel ſiege qui ſera enclos
„contre ſes ennemis. Si vous dictes
„ces choſes a celle fin que y penſes &
„que me bailles tielle reſponſe qu'il
„vous plaira„ je penſe byen que ſeres
„par bon conſeil & ainſy vouſtres Ter-
„res, vous vignes & vous manoirs &
„vous aultres biens vous demoureront
„& avec ce vous aurés pour toutte la
„Cité tout ou tel traitié que vous ſcau-
„rés demander & avecques tout ce
„vous ſerés aſſeuré de la Seigneurie
„dont

Digitized by Google

„dont vous ay parlé qui vous vauldra
„chauſcun an de 5. a 6. mille ducats
„qui n'eſt pas petit de choſe. — Ce ſe-
„ront *la ville Baigne* ſeant *outre les*
„*Alpes de Caſſentin* , *le chaſtel de Cour-*
„*gant & touttes les appendance*, *Monte*
„*Grevelle* , *Facant* , *& toutes les villes*
„*& terres* a icelles places appendans,
„leſquelles terres vous vauldront chauſ-
„cun an de cinc a ſix mille ducats , &
„vous ſera faict don & tranſport pour
„vous & vous hoirs a perpetuelité.
„Mays en faute de droit hoir masle
„celle Seigneurie retournera a la Cité.
„ --- Quant le Seigneur Piſain eut en-
„tendu ce que dict eſt il ſe taiſt en
„penſa un petit , puis reſpondi , Sire
„Laurens , je vous ay eſcouté vous me
„avés remonſtré planté de choſes ,
„mais ſe ainſy eſtoit que telle provi-
„ſion me fut baillée ce ne feroit pas
„a tout perdre. Touttefois vous ſca-
„vés que ſe ainſy eſtoit par mon prou-
„chas ou par mon induſtrie Pixe ren-
„due aux Florentins qui eſt endroit
„ma Seignourie, ſi la mectroye & tous
„les

„les habitans en aultruy main & ſervi-
„tude, vous ſcavés quel honneur ils
„me ont faict & ſy eſt mon pays & ma
„naiſſance; ſe je le livre en les mains de
„ces mortels ennemis il me tournera
„a grant charge devant Dieu & le mon-
„de --- Mais quoique je die je ne ref-
„fuſe point a voſtre offre; vous ſca-
„vés que les fortunes du monde ſont
„muables & ſoudaines, & quant
„quelque homme a perdu ſon avoir
„que ce ſoit & il ſe trouve pauvre &
„enchien & de ſaynté despourvus il
„eſt ennemy a toutes gens --- Et puiſ-
„que ainſy eſt moyennant que la Cité
„ne ſoit miſe *à Sacqueman* ne les Cy-
„toiens & Communaulté priſonniers,
„ne les Dames ne pucelles ne les Egli-
„ſes par les pillars enforcées ne vigol-
„lées, encores vault il mieux a mon
„advis que la Cité ſoit miſe a la main
„& obeiſſance de *Flourence* qui pour
„ſon prouffit l'entretiendera ryche &
„marchande & en paix contre toutes
„nacions, que par un long ſiege elle
„fut de tous vivres affamée le pays uſé
„&

Digitized by Google

„& exillé & puis fut rendue a vou-
„lenté.

Talibus argumentis ſcelere excuſato, Gambacurta proditionem patriæ Florentinis promittit; reliqua pars operis narrat obſidionem Piſarum, & deditionem.

62\. fol. Codex chartac. olim Nic. Fabri. XV.

Anonymi geſta Florentinorum, ab origine Florentiæ ad annum Chriſti 1444.

65\. fol. Codex chartac. olim Bongarſii. XV.

Anonymi Chronicon Epiſcoporum Tungrorum ſive Leodienſium, & Trajectinorum, lingua Batava.

Incipit à temporibus Auguſti Cæſaris, & definit anno Chriſti 1483. Præfatio operis primum hujus Chronici Compilatorem nominat *Hargerum* Abbatem Corbeienſem; qui à Sancto Martino primo Tungrorum Epiſcopo uſque ad Sanctum Remaclum, ſeptimum ordine Præſulem narrationem perduxerit. Opus continuatum à Presbytero quodam nomine Aberlino uſque ad Waſonem vigeſimum tertium Præſulem. Tertium continuatorem Hiſtoriæ uſque ad Rubertum ordine LXIX. nominat *S. Johannem Warnans*, à quo opus hoc continuatum uſque ad Adulphum Epiſcopum, fratrem Comitis de la Mark, ordine 76. Ultimum continuatorem nominat Monachum S. Laurentii Leodienſis, nomine *Johannem de Stanelov*. Totum opus implet paginas 133. Excerptum ex Codice noſtro exhibere lubet, trans-

Digitized by Google

translata narratione autoris ex lingua Batava. Agit de bello Colonienſi & obſidione oppidi Nuys, anno 1474. ubi primum Carolus vires ſuas, amiſſa magna copiarum parte, attrivit. Originem hujus belli & obſidionis narrant Phil. Commineus, Jacobus Meyer *Annal. Flandricarum libro* XVII. & alii hiſtorici. Origo belli fuit electio litigioſa Archiepiſcopatus Colonienſis, cum Carolus Roberti Bavari, Imperator Fridericus Hermanni Haſſiaci partes tueretur, qui de Archiepiſcopatu contendebant. Narrat Meyerus, in hac obſidione ipſum Hermannum Haſſiacum adfuiſſe, qui tunc urbem tuebatur, & ſtrenuâ defenſione Carolum abire tandem coegit. Mos erat tunc Præſulibus Eccleſiarum bella gerere. Inter copias auxiliares Imperatoris tunc aderant, teſte Meyero, Adolphus Pontifex vel Archiepiſcopus Moguntinus, Joannes Archiep. Trevirenſis, Guilelmus Epiſcopus Aurelienſis, Henricus Epiſcopus Monaſterienſis, item Epiſcopus Spirenſis, & Vangionum Epiſcopus.

Autor noſter plerumque in rerum geſtarum narratione convenit cum Jac. Meyero, ſed longe brevior eſt. Excerptum noſtrum vix duas paginas codicis implet tamen res geſtas trium fere annorum continet. Ab obſidione *Noveſii* vel Nuys uſque ad annum 1477. & cladem Caroli Burgundiorum Ducis, & ejus obitum in obſidione Nanciacenſi; quæ omnia, bellum item cum Helvetis noſter breviſſime attigit.

„Dux Carolus obſedit urbem Nove-
„ſium per integrum fere anni ſpatium,
„ubi

„ubi ſaepe praeliatum eſt cum copiis
„Imperatoris & reliquis Caroli hoſti-
„bus. Occiderunt ibi magnae utrin-
„que militum manus; non ferro tan-
„tum, ſed fame, & inopia. Sub fi-
„nem ejus obſidionis Carolus Epiſco-
„pum Leodienſem ut cum auxiliari-
„bus copiis, quantas poſſet cogere,
„ſibi ſuccurreret, monuit. Cui obſe-
„cutus Epiſcopus Leodienſis collecta
„magna equitum & peditum manu
„ipſe loricatus & bello paratus profi-
„ciſcitur ex urbe Trajecto, die Vene-
„ris IX. Maji 1475. & in caſtra Ca-
„roli ante Noveſium advenit, quem
„Carolus laetus ſuſcepit & cum ma-
„gno comitatu ex caſtris obvius fuit.
„Hunc adventum hoſtes quum è lon-
„ginquo adſpicerent, majorem quam
„erat, exercitum Epiſcopi judicabant;
„vulgo etiam dicebatur, nunquam
„tantas copias Praeſulem vel Epiſco-
„pum ullum duxiſſe in bellum. Poſt
„breve autem tempus tractata fuit pax
„inter Imperatorem & Ducem Caro-
„lum, quâ pactum fuit de liberanda
„urbe

Digitized by Google

„urbe *Noveſio*. Sic compoſitis rebus, „abiit Carolus in Brabantiam. Epiſco„pum vero Leodienſem miſit in ur„bem Noviomagum, ut eam praeſi„dio tueretur, ubi uſque ad menſem „Septembrem permanſit. Tunc au„tem Rex Angliae transfretavit cum „magnis copiis, & Galliae bellum in„tulit, ſperans Carolum Ducem partici„pem futurum & ſocium expeditionis „contra Regem Galliae. Dux ille ve„ro quum longas moras traheret, Rex „Eduardus cum Gallo paciſcitur pro „tributo annuo vel annua pecuniae „ſumma Anglo a Rege Gallorum ſol„venda, qua pace audita magnopere „offenſus eſt Carolus. Die XII. Maji „1475. Epiſcopus Leodienſis *dominus* „*noſter* cum copiis ſuis ex Geldria re„dit urbem ſuam Leodium; cui Leo„dienſes obviam iverunt cum taedis „ardentibus & Principem ſuum duo„bus bovibus & amphorâ vini, de „reditu gratulantes, donarunt. Poſt „breve tempus Dux Carolus cum ex„ercitu Lotharingiam invadit. Pacta

Digitized by Google

„fuerat olim concordia & foedus in-
„ter Ducem Carolum & Ducem Lo-
„tharingiae. Rex autem Galliae hunc
„ab amicitia Caroli artibus ſuis ita alie-
„navit, ut foederis Inſtrumentum Ca-
„rolo, tunc Noveſium obſidenti, ru-
„ptô concordiae vinculo transmitte-
„ret. Qua re graviter commotus Ca-
„rolus invaſit Lotharingiam, caput
„regionis urbem Nanceium oppugna-
„vit expulſo Duce finibus ſuis. Poſtea
„induciae IX annorum pactae inter
„Ducem Carolum & Regem Franciae
„quibus excluſus ab amicitia Regis
„Dux Lotharingus contra fidem da-
„tam, pro reſponſo tulit ut patienter
„ferret fortunam. Quo facto Dux
„Lotharingus Helvetios adit, & foe-
„dere cum ea gente percuſſo Helvetii
„cum magno exercitu Lotharingiam
„invadunt & oppidum Nanceium re-
„cipiunt. His auditis Carolus cum
„exercitu in Lotharingiam irrumpit
„denuo, ubi a Helvetiis victus ma-
„gnam copiarum partem amiſit. An-
„no ſequenti 1477. pugnatum eſt ite-
„rum

Digitized by Google

„rum prope Nanceium, quo praelio „ipſe Dux Carolus occubuit. Dice„bant quidam, mortui cadaver ſecun„do poſt praelium die inventum pro„pe aquam, & in urbem Nanceium „delatum fuiſſe. Hujus cladis famâ „Gandavum in Flandria, ubi aula erat „Ducis, delatâ, magnus oritur luctus „inter familiares Principis. Relicta „praecipue vidua, Regis Angliae ſoror, „& filia unica Maria dolore afficiun„tur ſummo. Nuncios mittunt do„mino noſtro Epiſcopo Leodienſi, „hortantur ut neptim ſuam (erat enim „ſororis filia, ex gente Borbonia, quâ „ortus Ludovicus Epiſcopus) conſilio „& viribus tueretur. Qui ſtatim cum „magno comitatu ex Leodio Ganda„vum proficiſcitur. Centum equites „comitabantur, omnes nigris veſtibus „induti &c.

Autor noſter expeditionem Caroli contra Helvetos ſilentio præterit, quam Jacobus Meyer, Belgus etiam patria, fuſe narrat. Sed excuſari debet noſter, quum res Leodienſium Epiſcopotum præcipue ſcripſerit. Meyerus multa refert de bello Burgundi cum Helvetiis, quæ parum accurata ſunt, v. g. Rena-

Digitized by Google

tum Lotharingum a Helvetiis belli Ducem electum fuiſſe praelio Moratenſi, quum ille, tunc profugus & patria exſul, auxilii Helvetiorum indigeret, interim cum illis fortiter adverſus hoſtem communem pugnavit.

491. 4to. Codex chartac. olim Bongarſii. XV.

Anonymi Chronique des Eveſques de Liege.

Deſinit hoc opus in anno Chriſti 1455. Autor, uti fere ſolent hiſtorici medii ævi, orditur ab excidio Trojano, & fabuloſa multa narrat. Nomen nullum reperi. Forſitan idem erit opus, quod citavit Jac. Le Long Bibl. Hiſtorique de la France N°. 15517. ſeq. Varia enim ſub titulo *Chronique des Tongres* & des Liegois ibi recenſita ſunt.

Præfatio noſtri Codicis ſic habet:

„A l'honneur de la Tres Sainte Trini-
„té, le Pere, le Fils, & le St. Eſprit
„--- & de Monſeigneur *Lambert* noſ-
„tre bon Patron, je vous pretens re-
„citer en bref la vraie hiſtoire & Chro-
„nique de Liege.

Et paulo infra hæc:

„Et partant que les Chroniques hors
„deſquels eſt colligé ce preſent Trai-
„tié eſtoient vieulx & eſcript en viel
„lan-

„langage *Liegois*, auſſi de mieulx quil „a eſté poſſible ont eſté colligés & „mis en brief les dates, noms des Sei„gneurs & Princes qui premierement „firent edifier la grande Cité de *Ton„gres* dont tous nous *Liegois* proce„dons, & comment elle a eſté faicte „& puys par les Huns deſtruite, & „auſſi qui furent les Eveſques d'icelle, „& apres la dicte deſtruction le Siege „Epiſcopale fut tranſmis a *Treicht* „juſques au temps que S. Hubert fait „edifier la noble Cité de *Liege* qui fu „fondée ſur la ſainte matyriſation de „S. Lambert fils de *Apert Conte de Los.* „Et pour abreger nous commence„rons a parler des Troyens.

Duo ex ſupra ſcriptis apparent: Primum, hoc opus ex Idiomate *vetuſto Leodienſi*, quod cum Batavo affinitatem habet, in gallicum ſermonem fuiſſe translatum: Secundum, autorem patria *Leodienſem* fuiſſe. Autor nativitatem Chriſti *Lotringi* ſexti Regis Tungrorum ætate accidiſſe notat. Sub hæc tempora tradit hiſtoriam fabuloſam & puerilem de Magia Virgilii, his verbis:

„A ce temps meme meit Vergile Ro„me en grand danger, car il eſteignit

 „tout

„tout le feu a Rome, & tous ceulx „qui ſoulerent en avoir il lui falloit „venir querir au cul de la fille Julius „Ceſar, pourtant quelle avoit pendu „Vergille en ſa corbeille aux Murs „du chaſteau de ſon Pere, pour lui „faire honte villainie, dont Julius en „fut tué en ung Temple des Payens „a Rome par les parens & amis dudit „Vergile, --- Ce fut ſur l'an après la „création de noſtre premier Pere „Adam 5157.

De Magia Virgilii vide quæ diximus ſub artic. *Hiſtoire des Piſains*; & Bayle Dictionnaire art. *Virgile*, ubi eadem fabula narratur.

Mirum Chronicorum Scriptores ejusmodi nugas hiſtoriis gravibus inſeruiſſe. Noſter enim multa habet notatu digna, inter quæ locum ſequentem inſerere lubet. Sic nempe noſter ſub annum 1095. ubi primam Chriſtianorum contra Saracenos expeditionem, duce Godefredo Bullonio, narrat:

„Ainſi ſelon l'information dudit (Pier- „re Hermite) Godefroi de Buillon *en* „*ſon bon ſens* pour acquerrir lamour „de Dieu & ſon honneur, s'adviſa „qu'il vendroit le Sien, pour mener

„guerr

„guerre contre les Payens. Donc ſur „l'an 1095. vint Godefroy de Buillon „a Liege a ſon couſin l'Eveſque *Gibert* „& lui vendit la Duthé de Buillon & „toutes les appendices a toujours mais „a l'Egliſe de Liege. Et incontinent „Gibert fit convoquer ſon chapitre, „firent finance & acheterent la dite „Duché & ſes appartenances 1000 „marcs d'or, & 1400 marcs d'argent „affiné & en furent lettres faictes. --- „Ainſi demoura l'Egliſe en poſſeſſion „& pour le paiement d'icelle fut tout „le *Fietre* (chaſſe, biere,) de S. Lam„bert diminué, & oſté l'or & l'argent „avec les pierres precieuſes, car il n'y „avoit alors point d'argent au pays.

Notiſſima eſt hiſtoria, quam tradit noſter, quamvis Inſtrumentum publicum venditi vel potius oppignorati Epiſcopo *Giberto*, vel *Otberto*, ut vulgo apud hiſtoricos nomine venit, a Godefredo Bullonio, quum iter Hieroſolymitanam aggrederetur, Ducatus, non exſtare credam, alias ab Editore Corporis diplomatici Joh. Dumont non omittendum, qui ſub anno eodem nempe 1096. venditionem longe minoris momenti operi ſuo inſeruit, Tomi I. pag. 57. Inſtrumentum nempe venditionis, quo Balduinus de Monte *Hannonia* Comes (Comte de Haynault) Caſtellum

ſuum de *Covino* cum omnibus ad illud pertinentibus — vendidit pretio quinquaginta marcarum *pondo auri.* „ Inſtrumento dato Leodii XVIII Kal. Junii 1096. expeditionis Hieroſolymitanæ gratia, cui adfuit cum Godefrido; verba enim ipſa Inſtrumenti ſic habent: „ Qui gratia divina aſpirante animo „conceperat cum aliis devotis Chriſtianis Hie„roſolymas proficiſci, ubi etiam præſentibus „& annuentibus uxore Ida, & filiis ſuis „*Balduino*, Arnulpho, Lodeuvico, Henrico „hoc feciſſe dicitur, quod ideo annotandum eſt, quia Tabularum genealogicarum Compilatores filios Balduini non accurate tradidiſſe obſervantur. Vide Hubneri Tab. Geneal. Defuncto in expeditione ſacra Godefrido, Capitulum Leodienſe terras oppignoratas tenuit per quatuor ferme ſecula, donec an. 1484. *Guillelmus a Marka*, Epiſcopatum Leodienſem magna pecuniæ ſumma adjuvans, easdem Terras *Bullonii* Ducatus ipſe pignoris jure recepit; quæ poſtea varios caſus tulerunt, reſtitutæ Capitulo Leodienſi a Succeſſoribus Guillelmi de la Marck, deinde receptæ, de qua controverſia illuſtri vide Schwederi Theatrum Prætenſionum Tom. I. pag. 784. ubi hæc omnia narrantur. Nunquam a jure ſuo receſſiſſe Capitulum teſtantur Inſignia Ducatus Bullonii, quæ in hunc uſque diem uſurpant Epiſcopi Leodienſes, vano glorianteſ titulo, dum Illuſtris Domus de la Tour d'Auvergne, adjuvantibus Galliæ Regibus, Terras eas retinet.

Venditio vel oppignoratio illa Godefredi Bullonii pertinet ad illuſtria exempla, quæ docent, quibus artibus uſi Sacerdotes, & Ec-

cleſiæ Principes, ſuperſtitioſa & religioſa Principum Secularium deliria in proprios uſus olim convertere ſolebant.

Autor anonymus Chronici Belgici, quod edidit Burck. Gohh. Struvius Tomo 3. Scriptorum Germanicorum, Ratisbonæ, 1726. fol. utramque venditionem Godefridi Bullonii, & Balduini, commemorat. Quæ vide pag. 145. ubi hæc verba:

„Sed Godefridus pro anima ſua & ſuo„rum, Sanctae Mariae & beato Lam„berto hac conditione obtulit, ut ſi in„fra tempus praefinitum a ſe vel a fra„tribus non redimeretur, in totum „tempus poſſeſſio Eccleſiae B. Lam„berti adſignaretur. Obertus vero E„piſcopus pro mille & quingentis mar„chis argenti puri caſtrum (Bullion) „emit, & ſic mala multa redemit; „Dux interim & haeredes ejus ante „diem ſignatum Jeruſalem obierunt, „& ſic poſſeſſio ceſſit Epiſcopatui. Ac„quiſivit etenim Obertus *Tuwinum* „cum pertinentibus eodem anno a „*Balduino* Comite Hannoniae, pro „quinquaginta marchis auri puri.

Opus hoc a priori, quod Idiomate Batavo exaratum recenſuimus, prorſus diverſum eſt.

Digitized by Google

Num.	A.	Seculi.
588. 4to.	Codex chartac.	XVI.

continet folia 88. vel paginas 176.

Anonymi Chronicon Hollandiæ & Zelandiæ & Friſiæ, à prima gentis origine uſque ad Maximilianum Auſtriacum, qui nupſit Mariæ Burgundicæ Caroli heredi. Linguâ Batavâ.

Incipit autem a tempore belli Trojani. Deſinit in anno 1477. poſt brevem narrationem belli, quod Carolus geſſit cum Duce Lotharingo & Helvetiis, quæ tota duabus vel tribus pagellis abſolvitur.

613. 4to. Codex chartaceus.

Anonymi Hiſtoria Sultanorum Othmanidarum. Turcice.

A longa ſerie majorum vulgo minus nota Auctor ubi cœpiſſet, hiſtoriam a tempore Ginkiz-Chani ad annum Hegiræ 897. qui incidit in annum æræ noſtræ 1491. ordine ducit.

Appendix paucarum paginarum diverſi argumenti, jurisque canonici.

Libri auctorem nullum reperi.

Codex

Digitized by Google

Num.	*A.*	*Seculi.*

582. Codex membranaceus. Formâ octava. X.

Arculfi Epiſcopi Itinerarium, ſ. Deſcriptio Terræ Sanctæ.

De hoc opuſculo vide Fabritii Biblioth. medii ævi, in voce *Adamanus*. Editum fuit a Jacobo Gretſer, Ingolſtadii 1619. 4to. deinde a Joh. Mabillon, ſeculo Benedictino III. *Adamnarus* Benedictinus Abbas in Inſula *Hay*, Scotiæ viciná, defunctus anno Chr. 704. Hoc Itinerarium, ex ipſius *Arculfi, Sancti Epiſcopi, gente Galli*, dictantis ore, ſe ſcripto mandaſſe teſtatur initio libri autor.

C.

565. 4to. Codex chartac.

Clementis Adami narratio prima navigationis Anglorum in Moſcoviam, inſcripta Philippo, Dei gratia, Angliæ, Franciæ, Neapolis &c. Regi, Principi Hiſpaniarum &c. &c.

Hic libellus jamdudum prodiit inter rerum Moſcoviticarum Scriptores, editos ab Andr. Wechelii heredibus, Francof. 1606. fol. ex Bibl. M. Freheri. Quis autem talia reperiret, vel quæreret? Narratio autoris jucunda eſt lectu, ſtilo eleganti exarata. Autor ipſe Comes fuit itineris inſtituti Rege Eduardo VI. jubente. Philippo Hiſpaniarum deinde Regi, qui nupſerat Mariæ Anglorum Reginæ, ſorori Eduardi, dedicavit libellum. Res lectu dignas continet, de moribus & Imperio Moſcovitarum.

Digitized by Google

Num.	C.	Seculi.
89. fol.	Codex membranaceus olim Bongarſii.	XIII.

Chronica varia, præcipue Euſebii Hieronymi.

Hujus Codicis priorem partem jam breviter recenſuimus priori Tomo Catalogi noſtri, pag. 362. & 375. *Eutropii* nempe Hiſtoriam Romanam, & *Paulli Diaconi*, item *Landulphi Sagacis* continuationem continet. Titulum vero hujus partis, quem ſupra non edidi, hic ſubjungere opus eſt:

„Incipit Hiſtoria Romana Eutropii „gentilis, quam deſcripſit uſque ad „obitum Joviniani Imperatoris, cui „aliqua Paulus Aquileienſis diaconus „addidit rogatu Adelbergæ Beneven-„tanæ Ductricis. Deinde idem Paul-„lus ex diverſis autoribus colligens a „Valentiniani Imperio incipiens uſque „ad tempora Juſtiniani perduxit, quem „Landulphus Sagax ſecutus, plura & „ipſe ex diverſis autoribus colligens „in eadem Hiſtoria addidit & perduxit „uſque ad Imperium Leonis, quod „eſt annus dominicæ incarnationis oc-„tingenteſimus ſextus Indictione VII.

Sequitur *Daretis Phrygii* hiſtoria excidii Trojani, quam ſupra, pag. 375. Tomi I. deſcripſimus. Quæ vero pars eſt poſterior Codicis noſtri,

noſtri, a diverſa manu addita, nunc recenſenda eſt. Margini adſcripſerat Bongarſius:

Chronicon Hieronimi interpolatum.

Titulus vero Codicis ſic habet:

Cronica Beati Hieronimi ſecundum quinquaginta.

Eſt vero opus idem, quod *Euſebii Pamphyli Chronicus* Canon, ſive *Chronicorum Canonum liber poſterior*, dicitur, editus a Joſepho Scaligero Lugduni Bat. 1606. fol. cui deinde a *Hieronymo Interprete* nomen inditum.

Ordine tamen rerum & verborum Codex noſter ab editis frequenter abit. Fuſe agit de anno nativitatis Domini, qui locus nobis memoria dignus videtur; ubi etiam ævum autoris vel potius Compilatoris indicatur his verbis:

„Nuper, quippe anno Domini 1250.
„fuit dies Paſchevæ 8. Cal. April.

Patet hinc, Compilatorem Chronici noſtri ſcripſiſſe circa annum 1250. quo anno opus ipſum in hæc verba definit:

„Ludovicus Rex Franciæ vadit ultra
„mare & in Cipro hiemans ſequenti
„æſtate Damiatam miraculoſe ſuſcepit,
„ſed paulo plusquam centum milia
„hominum in bello captos vel mor-
„tuos

„tuos perdidit & perdito Roberto fra-
„tre ſuo ipſe etiam captus fuit, & poſt
„paucos dies Princeps qui eum *accep-
„ta redemptione DCCC. biſſantiorum
„& ab alio principe occiſus pecuniam
„& vitam perdidit, & ille victor Damie-
„tam quam Rex captus perdiderat
„funditus deſtruxit, ita quod & lapi-
„des in Nilum projecit."

Continuavit Hieronimi Canonem Compilator noſter uſque ad annum ſupra dictum 1250. Scriptura videtur ejusdem ævi.

390. 4to. Codex membranaceus, olim Petri Danielis, dein Bongarſii. XI.

Dudonis Chronica Normannorum, (de quo vide Fabritii Bibl. medii ævi.)

Folia habet 103. Scriptura nitida, paucis abbreviationibus.

In prima Codicis pagina, a manu, ni fallor, Petri Danielis hæc adſcripta ſunt:

Puto hanc eſſe *Dudonis* hiſtoriam, ex quâ fere omnia Guillelmus Gemeticenſis deſcripſit uſque ad Ricardum II. In fine operis adſcriptum legitur, manu antiqua:

Hæc ſunt geſta Normannorum.

Quamvis nobis non ad manus ſit Andr. Duchesne collectio Scriptorum Normannicorum, edita

* Hic vox *ceperat* deeſſe videtur.

edita Pariſiis 1619. non tamen dubito aſſerere, noſtrum eſſe *Dudonem*, quem Duchesne in illa collectione edidit. Deſinit enim noſter in obitu Richardi I. Ducis Normannorum an. 1002. his verbis:

„Illicque colitur vallatus Columpnis
„mirifice ex tumba cum Chriſto reſur-
„recturus in gloria; complens namque
„curſu hujus fragilis vitae Dux ma-
„gnus Richardus obiit anno ab incar-
„natione Domini noſtri J. C. 1002.
„Amen.

E.

120. fol. Codex membranaceus, olim Bongarſii. XIII.

Petri d'Ebulo Carmen de Bello Siculo inter Henricum VI. Imperatorem, & Tancredum.

Hoc Carmen primus ex Codice, de quo nunc ſermo eſt, edidit Vir. Clar. Samuel Engel, Anteceſſor meus, non uno nomine de re literaria optime meritus, Baſileæ 1746. 4to. Picturas, quæ in Codice noſtro apparent, non tamen omnes, æneis tabulis excuſas adpingi curavit, Præfationem eruditam, & Scholia addidit. Nota eſt hiſtoria Regum Siciliæ & Neapolis, poſtquam Normanni a Tancredo orti, Sarracenis expugnatis, Seculo XI. hæc Regna occupaſſent, ex ea ſtirpe primus Rex utriusque uti vocatur Siciliæ fuit Rogerius circa annum 1130. Is filios genuit ex *Alberia*, vel *Albidia* Regis Caſtiliæ filia, inter quos

Digitized by Google

quos Wilhelmus I. Cognomine *Malus* poſt patris obitum an. 1154. regnum tenuit, relicto 1167. filio Guillelmo II. Cognomine Bono; alter Rogerius Wilhelmi I. frater, ante patrem Rogerium defunctus, reliquit filium Tancredum, ſpurium quidem, de quo in hoc Carmine multa traduntur. Hic a Proceribus Regni inſtigatore præcipue Matheo, Regni Siciliæ Cancellario, Rex nuncupatur, quum hæreditario Jure, & ex ultima Wilhelmi II. voluntate ſucceſſio pertineret ad *Conſtantiam*, uxorem Henrici VI. Imperatoris, Frederici I. Barberoſſæ filii, quæ ex Rogerio I. Siciliæ Rege nata, Guilelmi I. ſoror, & Guilelmi II. amita erat. Hinc ortum Bellum quod Henricus geſſit in utroque Siciliæ regno, & debellato Tancredo cum filio ſceptrum tenuit. De quo vide hiſtoricos omnes, ejus ævi, quos partim in ſuis annotationibus citavit Vir Clariſſ. Sam. Engel editor Carminis noſtri. Hæc omnia geſta ab anno 1191. ad 1194. quo anno, ſubacta Sicilia & Regno Neapolitano, defuncto Tancredo, Regina Conſtantia tunc Palermi degens peperit filium qui poſtea Fridericus II. Imperator regno illuſtri & rebus ſtrenue geſtis claruit. Quæ omnia fuſe narrantur tum a variis hiſtoricis tum præcipue a Scriptoribus rerum Sicularum quos edidit Caruſius, 2 Voll. fol. Conſuli poteſt etiam recentior Hiſtoriæ regni Siculi Autor de Burigny, cujus opus prodiit Hagæ 1745. 2 Vol. 4to. Hoc eſt argumentum Carminis Petri d'Ebulo, qui tamen pro more Poëtarum illius ævi, hiſtoriam potius metris incluſam, quam verum Carmen condidit, & *Gemino bellum Trojanum orditur ab ovo*; a coronatione Rogerii

gerii I. Siciliæ regis incipit. Metra ſunt elegiaca, nempe Hexametri cum Pentametris alternantes. Dictio obſcura, barbara. Speciminis gratia hic inſerere lubet hiſtoriam coronationis Henrici VI. Imperatoris, quem an. 1191. a Cæleſtino III. Pontifice Romæ cum uxore Conſtantia coronam imperialem accepiſſe hiſtorici narrant. Vide Hiſtoire des Papes, la Haye 1733. 4to. Tom. 3. pag. 112. ubi hæc traduntur:

„Le lendemain de Paques le Pape couronna l'Empereur Henry VI. & Conſtance ſa femme Impératrice. Dans le Serment que le Pape Celeſtin fit faire à Henry avant que de le couronner, il lui fit promettre de lui rendre Tuſculum. Enſuite étant aſſis dans ſa chaire Pontificale, on lui mit la couronne entre les pieds: il la mit ſur la tête de l'Empereur & la fit auſſitôt tomber à terre d'un coup de pied, Henry étant à genoux devant lui, les Cardinaux releverent la couronne, & la remirent ſur la tête de l'Empereur. Cette action qu'aucun homme raiſonnable ne ſcauroit approuver, ſignifioit que la Couronne Impériale dependoit entierement du Pape.

Eadem narrat autor Hiſtoriæ Germanicæ R. Barre, T. V. pag. 432. & a Rogero de Hoveden, hiſtorico Anglo tradita refert, quæ nobis ſuſpecta videntur, quum nihil tale legatur in aliis hiſtoricis, neque in noſtro Carmine, ubi hæc:

„Serta recepturus cum Cæſar venit in urbem
„Exſultat pompis inclita Roma novis.
„Ad Petri deveniti neques venerabile templum,
„Quo pater Antiſtes præredimitus erat.
„Balſama, thus, aloë, myriſtica, cinnama, nardus,
„Regibus aſſuetus ambra modeſtus odor,
„Per vices per tecta fragrant, redolentque per urbem,
„Thuris aromatici ſpirat ubique rogus.
„Veſtit odore viam mirthus ſociata diathis.
„Luxuriant croceis lilia juncta roſis.
„Prima domus templi biſſo veſtitur & oſtro

„Stel-

„Stellificat tædis cerea flamma ſuis.
„At domus interior ubi menſa coruſcat & agnus
„Purpurat aurato res operoſa loco.
„A vice Petre tua pius introducitur heros,
„Inclitus altaris ſiſtitur ante gradus.
„Primo Papa manus ſacrat ambas criſmate ſacro
„Ut teſtamentum victor utrumque gerat.
„Brachia ſanctificans, ſcapulas & pectus inungens.
„In Chriſtum Domini Te Deus unxit, ait.
„Poſt hæc Imperii correptum tradidit enſem
„Quem Petrus abſciſſo juſſus ab aure tulit.
„Enſis utrinque potens, templi defenſor & orbis
„Hinc regit Eccleſiam, corrigit inde ſolem.
„Jura poteſtatis, pondus pietatis & æqui
„Signat in auguſta tradita virga manu.

„Annulus Eccleſiæ, regnorum nobilis arra
„Offertur digitis, *Octaviane*, tuis.
„Quam geris auratæ, Cæſar, diadema thiaræ
„Signat *Apoſtolicas* participare vices.
„Poſt hæc cantatis ad caſtra revertitur omnis
„ - - in Apuliam quisque quod ire parat.

Haud eſt veroſimile, autorem noſtrum, quem Coævum putamus, dum ita accurate narrat coronationem, omiſſurum fore illud, quod Rogerus de Hoveden habet, de Corona Imperiali ad pedes Pontificis dejecta, ſi ita res geſta foret. Adde ſilentium hiſtoricorum, inter quos vido Martinum Polonum, item Ricobaldum Ferrarienſem, editum inter Scriptores medii ævi a Joh. Georg. Eccardo T. I. p. 1167.

Notatu dignus eſt alter locus noſtri Poëtæ, ubi narrat ea quæ inter Richardum Angliæ regem, qui a Leopoldo Auſtriæ Duce, dum ex itinere Hieroſolymitano redit, prope Viennam captus, deinde Henrico Imperatori traditus, in Conſilio Principum Germaniæ, ſive diæta Imperiali, Haganoæ congregata, variorum adverſus Chriſtianos Principes delictorum reus, poſtquam ibi cauſam fruſtra egiſſet, tandem ſolutis 100 mille marcis argenti, a matre Eleonora Guinnenſi miſſis, liberatus exiit in Angliam. Quæ omnia fuſe narrat

P. Barre

P. Barre Hiſtoire d'Allemagne ad annum 1193. Noſter autem tradit Richardum, dum in conceſſu Principum Germaniæ accuſatur, innocentiam Jure gladii aſſerere voluiſſe, quod tunc vulgare erat, notum eſt enim, quamplurimas lites tunc Jure duelli dirimi ſolitas, quorum exempla ex hiſtoricis afferre ſuperfluum foret. Hujusmodi Judicia Germanice Fauſtrecht vocabantur. Non aliena eſt præterea Poëtæ noſtri narratio ab indole Richardi regis, quem armis potentem, & in omne vitæ diſcrimen paratum fuiſſe teſtantur omnes hiſtorici, quamvis de ea re, oblato nempe duelli judicio, hiſtorici Angli, Rogerus de Hoveden, & Matheus Weſtmonſterienſis, qui Richardi res geſtas fuſe deſcribunt, nihil habeant. Non magnam forſitan in hiſtoriis Poëtæ noſtri autoritatem eſſe dicent Critici. Manet tamen ei hoc meritum, quod res ſuo ævo geſtas, & in patria, qua ortus videtur, ſcripſerit. Verba Richardi, duellum petentis, ſic noſter Poëta fingit:

„Hinc ait, ô Cæſar, quod opus? quæ cauſa? quis actor?
„Me nunc incuſant, rem modo cauſa ferat,
„Sum reus, auctor abeſt, nec adeſt, ſed abeſſe neceſſe eſt
„Quiſquis erit, vires Regis & arma probet
„Salva pace tua veniat qui pugnet & inſtet

„Objectis faciens enſis utrique fidem.
„An pugnare meo ſolus cum Cæſare veni?
„Abſit, in hac humili veſte quis arma movet?
„Et ſi cum Domino mundi pugnare licebit,
„Unde mihi veniet miles, & unde pedes?
„O Deus Imperii, nec me ſine judice dampnes,
„Nam tua judicii crimine jura carent.
„Me tibi committens, tuus oro mitius in me
„Quam meritum noſtri poſtulat enſis agat.
„Flectitur hac humili prece quem non mille talenta
„Nec ſummi potuit flectere charta Patris.
„Imperio poſtquam jurans ſe ſubdidit, inquit:
„Vivat in æternum lux mea, liber ero.

Digitized by Google

Poëta noſter, uti fere ubique ſolet, obſcura & abrupta narratione argumentum abſolvit. Liberatum enim a Henrico Richardum Regem, ſtatim poſt oblatum judicium duelli, refert. Certum eſt, magnam pecuniæ ſummam oblatam pro mercede libertatis fuiſſe, quod jam ſupra teſtibus hiſtoricis monui. Ubique patet, Poëtam noſtrum laudes Henrici Imperatoris canere, & vitia quibus a Hiſtoricis cumulatur, celare. Hinc maxime moveor, ut cum Clar. Engelio credam Autorem opus ſuum Imperatori obtuliſſe. Hinc etiam factum arbitror, ut redemptam magna pecuniæ ſummâ Richardi Regis libertatem ſilentio præterierit. Ordo totius operis nullus, vel abſurdus. In tres enim libros diviſum eſt, quorum prior 1114. verſus obtinet. Secundus 310. tertius, qui ultimus eſt, 243. Deſunt tamen varia, præcipue poſt verſum 210. libri ſecundi, ubi integrum folium mutilum eſſe patet ex inſpectione ipſa Codicis. Ibi Pictura, quam editio Engelii expreſſit, ea exhibet, quæ in Carmine deſunt. In illa pagina, quæ deperdita eſt, narrabat Poëta conjurationem Principum Siculorum in Imperatorem Henricum; quod expreſſit Tabula. Apparet inter Conjuratorum nomina *Margaritus* quidam Epirota, de quo varie dixerunt hiſtorici; erravit autem *Martinus Polonus*, vel potius Amanuenſes, a quibus Martini Poloni Codices ad nos pervenerunt. Sic nempe legitur in editione Sutfridi Petri Antverpiana, quæ ſola nobis ad manus eſt, ad annum 1194.

„Tancredum filium illius Tancredi Re-

„gis Siculi cum matre ſua *Margarita*
„& Regem Epirotarum ſecum duxit
„in Alemanniam captivos.

Error iſte illuſtratur loco, quem ex Ottone de S. Blaſio integrum exhibuit Clariſſ. Editor pag. 137. ubi *Margarita quidam Archipirata* ab Imperatore captus dicitur; quo etiam pertinet locus ſequens ex Ricobaldi Ferrarienſis Chronico Imperatorum, qui inter Eccardi Scriptores medii ævi Tom. I. pag. 1167. ſic habet:

„Henricus iſte Neapolin obſedit, ſed
„morbo affecto exercitu inde diſceſſit,
„& in Alemanniam eſt profectus. Mox
„anno Imperii quarto rediens totum
„regnum Siciliæ ſubjugavit, rebelles
„pœnis affecit, filium Tancredi Regis
„cum matre & Margerito Rege Epiro-
„tarum ſecum in Germaniam traxit
„captivos.

Idem eſt ille, cujus nomen in tabula picta Carminis noſtri inter Conjuratos apparet; ubi ſupplicia cruenta, quibus Imperator varios rebelles affecit, narrantur. Multas noſtri Codicis picturas omiſit Clariſſ. Editor; vellem ut omnes edidiſſet, quamvis barbaræ ſunt, ſed Carmini ſimiles, & tali Poëtâ dignæ, ut recte hîc dicatur cum Horatio:

ut pictura poëſis erit.

Veſti-

Veſtimentorum & armorum genera, & alia quæ ad illud ævum pertinent illuſtrantur ejusmodi picturis; ubi præcipue operæ pretium eſt attendere ad varias Coronarum formas, quas Pictor capitibus Imperatoris, Papæ & Præſulum, de quibus agitur in Carmine, impoſuit. Nondum illo ævo innotuerat triplex Corona Pontificalis; de cujus origine vide quæ habet Hiſtoire des Papes ad annum 1334. in vita Joannis XXII. Corona Pontifici Hormisdæ a Clodovæo I. Francorum rege donata, poſtea a Bonifacio VIII. ut Imperium in res temporales & ſpirituales ſibi traditum innueret, in duplicem Coronam mutata, tandem a Joanne XXII. in triplicem Tiaram excrevit. In Coronatione Henrici VI. Papa Cæleſtinus Coronam vel Tiaram geſtat, quæ ab utraque parte apices, in medio globum habet, cui crux inſiſtit.

Inter picturas, quas illuſtris Editor omiſit, notavimus illam, quâ Richardus Angliæ Rex coram Henrico Imperatore enſe porrecto, habitu Crucigeri equitis, qualem nimirum ferre ſolebant, qui expeditionibus in Terram Sanctam adfuerant, apparet. Caput cucullo, qualem gerunt fere Monachi, quos Capucinos vocant, tectum eſt, ſagum vel tunica ad genua uſque porrecta, cum manicis pendentibus, exſertis brachiis. In dextro humero crux rubra ſignata eſt; poſt tergum pharetra. Additi pedibus calcares; dextra enſem nudum geſtat. Tancredus Rex in variis Codicis picturis apparet cum tegumento capitis, quale fert in monumentis vetuſtis Phrygius Atis. Inter primas hujus Carminis perſonas ſæpe occurrit *Mathæus* Regis Siciliæ

Digitized by Google

Cancellarius, qui partes Tancredi fovebat, & inter hæc bella magna pars fuit; exoſus noſtro Poëtæ, qui eum duas uxores habuiſſe arguit, ideoque *Bigamum* ſæpe appellat. Sacerdotem etiam fuiſſe indicant non ſemel Tabulæ pictæ, inter quas illa quæ a verſu 945. ad 990. pertinet, ubi nempe Mathæus Cancellarius ſuadet, Imperatricem Conſtantiam, quæ a Salernitanis capta fuerat, cuſtodiri in *Caſtello Ovi*, ſito in Inſula maris Neapolitani, quod tunc *Salvatoris* nomine vocabatur. Liceat, dum in hoc loco moramur, lectionem verſus 957. emendare, ubi ſic Editor noſter:

Cerreæ placuit *numur* quod dixerat ille.

Ubi *Cerrea* nomen uxorem Tancredi deſignat, quæ ſic dicta quia Acerræ Comitis filia erat. Vox illa *numur* obſcura & a recentioti manu in noſtro Codice occurrit, pro qua Editor *murmur* legendum ſuadet; ſed facile & melius ſubſtitui poteſt *nimis*. Poëta odium in Cancellarium his verſibus exprimit:
Verſ. 968. ſeqq.

„O Sodomea lues, ô Gomorrea propago,
„Vixeris urbanis morſque ruina tuis.
„Templum Luciferi, qui noctem Lucifer odit
„Qui quanto voluit celſior eſſe, ruit.

Duxe-

„Duxeris unde genus, gens a me nulla requirat
„Nam Cartago tuos diruta tulit avos.

985. „Primitias odii pro regno ſæpe litaſti,
„Unde queri poterant Secula, ſolus erat.
„Te ſinus Eccleſiæ contra decreta recepit
„Peccati *Bigamum* non decet ara Dei.

„Te prece vel pretio, ſanctiſſime Papa, fefellit.
„Neſcio quo pacto tanta licere Viro.
„Ut Bigami ſcelerata manus tractaret in ara
„Cui Deus æterno ſe dedit eſſe parem.
„Sæpe laboranti cum nil ſuccurrere poſſet
„Humano tepuit ſanguine gutta pedum.

Varia hic occurrunt obſervanda. Primum quidem odium Poëtæ, quo *Matheum* Regis Siculi Cancellarium ubique proſequitur; deinde patria Carthago, unde genus Mathæi ortum

ortum tradit. Tandem quod Sacerdotem fuiſſe & *Bigamum*, id eſt, duas uxores habuiſſe tradit. Quæ omnia omittunt Scriptores Siculi, & reliqui quos de rebus tunc in Sicilia & Apulia geſtis evolvimus. Sacerdotibus illo ævo vulgare fuiſſe uxorem ducere, notum eſt iis qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam callent. Quamvis enim jam a primis Religionis Chriſtianæ incunabulis vitam cœlibem commendaverint non tantum magni Eccleſiæ Doctores, ſed etiam in variis Synodis Clericorum connubia fuerint interdicta, tamen ejusmodi Decreta nunquam invaluere. Papa Gregorius VII. maxime oppugnavit matrimonia Clericorum in Concilio Romæ habito anno 1074. Non ſine magna contentione ea interdicta obtinuiſſe narrat Lambertus Schafnaburgenſis, cujus integrum locum citavit Baylius Dictionnaire Critique Art. *Gregoire VII* & autor hiſtoriæ Paparum, quem ſupra citavimus, Tom. 2. pag. 431. Clerici enim matrimonium à Deo inſtitutum contendebant nec ullis humanis legibus prohiberi poſſe.

Ad tempora uſque Concilii Lugdunenſis, quod duobus poſt illud Seculis anno 1274. fuit celebratum, Clericos uxores duxiſſe probatur tum ex monumentis hiſtoricis, tum ex actis ejusdem Concilii, quibus decretum fuit, ut Clerici *Bigami*, vel qui duas uxores ſimul ducerent, excludantur à privilegiis Clericorum, quod poſtea Bonifacius VIII. Pontifex confirmavit, de quo legantur tituli *Sexti Decretalium*, *de Bigamis*, & *de Clericorum vita*: hæc ſatis probant, non ſolum matrimonia Sacerdotum tum vulgaria fuiſſe, ſed etiam non

ſemel

Digitized by Google

ſemel in Bigamiam eos incidiſſe. Verba ipſa hæc ſunt:

Sexti Decret. Tit. XII. de Bigamis.

„Gregorius X. in Concilio Lugdunenſi.

„Bigamus nudatus eſt omni privilegio
„Clericali & aſtrictus ſeculari foro,
„nec valet conſuetudo in contrarium.

Libri III. Tit. II. de Clericis conjugatis.

„Clerici qui cum *unicis* & virginibus
„contraxerunt, ſi tonſuram & veſtes
„deferant clericales, privilegium reti-
„neant Canonis.

Tandem ut omnia odia in Cancellarium conferret Poëta noſter, duobus illis verſibus 993. & 994. ea obſcure tradit, quæ luculentius in tabula picta traduntur. Exhibet nempe tabula iſta Cancellarium, podagrico affectu laborantem, qui ſanguine puerorum recenter jugulatorum lenire conatur dolores. Super picturam ſequentia leguntur ſcripta:

„Quotieſcunque *Bigamus* dolorem po-
„dagricum patiebatur interfectis pue-
„ris pedes ſuos in ſanguinem eorum
„mittebat.

Haud facile eſt judicare, quod magis a veritate abhorreat, vel credere, tale monſtrum hominis

Digitized by Google

hominis fuiſſe, qui talia perpetraret, vel Scriptorem, qui ea fingeret. Utrumque enim offendit jura humanitatis.

Antequam dimittam noſtrum Codicem, dicendum eſt de tabula picta, quæ pertinet ad Epilogum totius operis; a verſu nempe 210. libri tertii uſque ad finem, Poëta in laudes Henrici Imperatoris exſpatiatur, *bullatis verbis*, quibus *pagina turgeſcit*, ut vocibus Perſii utar; Tabella picta ea exprimit, quæ Poëta verſibus ſuis; & plura, &, ſi fieri poteſt, magis abſurda. Imperator in folio ſedens, dextra ſceptrum, ſiniſtra globum fert. In dextera parte adſtat vir armatus & galeatus, cum inſcriptione: *Marchiſius Seneſcalius*. Seneſcalum Imperatoris Henrici VI. commemorat P. Barre Hiſtoire d'Allemagne. Ad lævam vir librum vel rotulam manu præ ſe ferens, cum inſcriptione: *Corradus Cancellarius*. Ad tergum Imperatoris figura muliebris, cui inſcriptum:

Sapientia conviciana fortunæ.

Juxta folium imago fortunæ, quæ rota Tancredi membra rumpit. Sub pedibus Imperatoris adſtat iterum miles armatus, cum inſcriptione *Henricus Calandrinus*; de quo in Carmine occurrit Verſus libri 2. verſ. 65. ubi de ſecunda Henrici Imperatoris ex editione Italica narrat:

„Mane dato ſigno, tunc *Calandrinus* ab alto
„Militiæ ſocium circuit agmen equo

„Im-

„Imperat, ut properent, tutum eſt properare Salernum,
„Nec mora, *Teutonici* juſſa jubentis agunt.

Veroſimilis eſt conjectura, unum fuiſſe ex nobilibus, qui cum Imperatore expeditioni Italicæ adfuerunt. Nota eſt gens nobilis *Calandrinorum*, Italia patria, nunc inter Genevenſis Reipublicæ patritios.

Reſtat ut ultimam Codicis inſcriptionem, quam Editor etiam in fine libri appoſuit, hic ſubjungam. Ultimâ nempe Codicis paginâ hæc habet:

„Ego Magiſter Petrus d'Ebulo ſervus „Imperatoris fidelis, hunc librum ad „honorem Auguſti compoſui. Fac „mecum Domine ſignum novum, ut „videant me Tancredini, & confun- „dantur.

Paullo infra hoc Diſtichon:

Anno quinque minus numeratis mille ducentis
Cæſar regna capit, & ſua nupta parit.

Patriam Autori fuiſſe *Ebolum*, oppidum prope Salernum ſitum, recte conjicit Editor; his præcipue Poëtæ verſibus conjecturam fulcit Lib. I. verſ. 405.

Eſt

Eſt prope dulce ſolum, nobis ſatis utile ſemper
Ebolus, aſpirans quod petit urbis honor.

Nomina propria illius ævi homines ſæpiſſime a patria duxiſſe, conſtat. Sed fortius argumentum patriæ autoris deducitur ex laudibus, quas Poëta *Eboleis* civibus confert, a verſ. 611. ad 618. ubi Conſtantia Imperatrix eorum fidem in Henricum his vocibus extollit:

„Hujus ad exemplum cives concurrite gentis
„Quæ ſit in Ebolea diſcite gente fides.
„*Ebole*, ni peream, memori tibi lance rependam
„Pectoris affectus quæ meruere boni.

Solent Poetæ in carminibus, laudes patriæ inſerere, & Principibus commendare; ſic olim Virgilius Eclog. IX.

„Vare tuum nomen (ſuperet modo Mantua nobis,
„Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ).

Imitatus eſt noſter Homerum & Virgilium initio Libri 2. ubi recenſet copias ad exercitum

tum Imperatoris miſſas ex Germania & Italia, qui locus forſitan in toto Carmine maxime eſt notatu dignus, & hiſtoriam illius ævi illuſtrat. Speciminis gratia hos tantum verſus excerpere lubet:

v. 17. „Mille viros ætate pares Burgundia mittit,
„Mittit victrices Tuſcia mille manus.
„Mille quidem Clypeos, *Jovis arma Suevia* geſtat,
„Mille faretratos magna *Boema* viros.

Hic, quid ſibi velit Poëta, ubi Clypeos Suevorum Jovis arma vocat, Editor clariſſimus diſputat, & fulminis inſigne in clypeis Suevos geſtaſſe conjicit. Notandum, ubique in tabulis pictis Codicis apparere Clypeos armatorum, variis inſignibus ornatos. Hinc origo Inſignium, quæ poſtea Familiæ geſtarunt. Militaris enim eorum origo, unde etiam voce gallica *Armes*, *Armoiries*, deſignantur hodie.

Fegher, vide *Hungaricarum rerum* Scriptores.

31. 32. Codex chartac. XV.

Le troiſiéme & le quatriéme volume de la Fleur des hiſtoires. Gallice.

Priora duo hujus operis volumina non habemus.

mus. Hæc compilatio ex Chronicis Euſebii, Sigeberti, Hugonis, Guilelmi de Nangis, Froiſſardi, item ex Legenda aurea Sanctorum, Jacobi de Voragine, vel *Viragine* & Speculo Vincentii Bellovacenſis, idem opus eſſe videtur, quod indicavit Jac. le Long Bibliotheque hiſtorique de la France, ſub Num. 6919. 20.

Tertium volumen implet folia 658. vel paginas 1316. In tres partes diviſum eſt, quarum prior Hiſtoriam N. Teſtamenti, Chriſti, & Apoſtolorum, præcipue Vitam B. Virginis, & ejus miracula; pars ſecunda vitas Apoſtolorum & Sanctorum, item brevem Hiſtoriam Pontificum Romanorum uſque ad Clementem V. tradit; inſertis Legendis & miraculis innumeris; pars tertia continet Exempla moralia, quæ ex variis autoribus compilatas hiſtoriolas tradit, inter quos ſæpius deſcribit Jacobum de Vitriaco. Specimina ſequentia, ex iſta tertia parte, quæ haud illepida ſunt, edere lubet. Addidi aliquot titulos, ut de ratione & argumento operis conſtet.

„Exemple d'une Dame qui ratrait de „pechie ung chevalier par lui donner „aulx a mengier.

„Exemple dun conte de Chartres qui „ala outre mer & laiſſa au partir ſon „aneau a ſa femme pour enſeignes au „revenir.

„Exemple comment ung bailly qui

reçoit

„recoit dons & courtoiſſes pour ven-
„dre juſtice fait forment a despriſier
„& blasmer.

„Vng bailly fut une fois qui eut une
„cauſe devant lui de deux hommes
„qui ſe debatoient pour ung different
„qui eſtoit entre eulx. Or advint que
„lun de ces deux hommes pour avoir
„la faveur du bailly lui donna ung
„bon beuf dont le bailly le remercia
„& lui promiſt quil parleroit pour lui
„& quil feroit tres bien ſa beſoingne.
„Quant ladverſaire de ceſt homme
„ſceut que ſa partie avoit donne un
„beuf au bailly qui marioit ſon fils il
„ſaproca de la femme du bailly & lui
„donna une belle vache & elle lui
„promiſt quelle feroit tres bien ſa be-
„ſoingne envers ſon mary. Si ſe print
„a lymer ſon mary tant & ſe impor-
„tunement que ſon mary lui promiſt
„quil feroit de tout point pour le bon
„homme a la vache. Quant donc-
„ques celle cauſe fu appellee & plai-
„doiee & le bon homme qui avoit le
„beuf donne vey que le bailly ne di-

„ſoit mot il ſescria & dict beuf beuf „que ne parles tu maintenant. Lors „parla le bailly & dict: Certes dit il „mon amy, la vache ne laiſſe parler „le beuf. Ainſi doncques par ceſt „exemple nous eſt donné a entendre „que Juſtice & Jugemens ſont ſouvent „pervertis par dons & par promeſſes „& comment les femmes par leur im„portunite obtiennent ſouvent en „leurs prieres & requeſtes.

„Exemple dun creſtien qui long temps „porta ung diable en la fringe de ſon „manteau.

„Exemple dun gras Chevalier que ung „phiſicien amaigrit pour la grant pa„our de la mort.

„Exemple moral comment les chiens „doivent garder la maiſon de leur „maiſtre.

„Exemple dun noble Chevalier que „le Deable ne peut induire a renon„cer la Vierge Marie.

„Exemple dun deable auquel un ſaint „homme

Digitized by Google

„homme demanda une fois pourquoi
„il tenptoit les gens ſe autrement.

„Exemple au propos que les Danſes
„ſont forment a blaſmer & a deſpirer
„de toutes gens.

„Exemple dun preudomme qui her-
„berga une fois ung Deable en ſa
„maiſon cuidant que ce fuſt ung po-
„ure homme. Et ce Deable le deli-
„vra depuis de priſon par le merite de
„ſon hoſpitalite.

„Exemple au propos que ceſt bonne
„couſtume de volontiers payer ce
„qu'on doit.

„Pierre Alphons recite a ce propos
„dun Seigneur qui fiſt jadis une or-
„donnance en ſon chaſteau que qui-
„conques y entreroit ſil avoit aulcune
„defautte ſur ſon corps il paieroit ung
„Denier pour chacune defautte au
„portier de leans auquel le ſeigneur
„donna ce Droit pour ſon ſalaire.
„Or advint ung jour que ung homme
„tres bien emantele vint entrer de-

Digitized by Google

„dens & eſtoit bochu, pour laquelle
„defautte le portier lui demanda ung
„denier. Le bon homme qui eſtoit
„rude & mal gracieux lui reſpondi
„quil nen paieroit ja denier. De la-
„quelle reſponſe le portier fut ſi mal-
„content quil lui tollut ſon chaperon
„& trouva quant il leut deſſule quil
„eſtoit tinieux. Si lui diſt qu'il paie-
„roit deux Deniers; tant monterent
„leurs paroles par la rudeſſe du bon
„homme que le portier le print aux
„bras & le rua deſſous lui & trouva
„quil navoit que ung œil & quil eſtoit
„roingneux & desrompu ſi que par
„ces cinq defauttes il lui fiſt vouſiſt
„ou non paier 5 deniers dont il euſt
„eſté quittes pour ung denier ſil leuſt
„volentiers payez quant le portier
„lui demanda premierement. Par ce
„petit exemple nous eſt donne a en-
„tendre ſe nous ne payons legiere-
„ment a Dieu ce que nous lui de-
„vons, ceſt a dire ſe nous ne nous
„confeſſons ſitoſt que nous avons pe-
„chie & que nous atendons longue-
„ment

Digitized by Google

„ment a nous confeſſer. Ung pechie
„en atraira ung auttre ſi que de lun
„en lautre nous ſerons trouvez defail-
„lans en tant de manieres que nous
„ne nous en ſcarions acquittier.

„Exemples au propos des paines de
„purgatoire que trop ſont dures &
„auſteres.

„Exemple dun Religieux qui ne peut
„vendre les asnes de leur abbaye pour
„ce quil declaira les deffauttes quant
„il en fut requi.

„;Exemple au propos que ce neſt pas
„tousjours le plus ſeur de ſuivre la
„greigneur compaignie.

„Len treuve eſcript en la Legende
„Doree dun Roy de Friſe nomme Ra-
„chade qui fut une fois en volente
„de recevoir bapteſme lui qui eſtoit
„Sarraſin, mais quant il eut mis ung
„pie dedens les fons pour eſtre bap-
„tiſe il demanda aux gens degliſe ou
„il avoit plus de ſes Devanciers ceſt
„aſſavoir en paradis ou en enfer, len

„reſpondit quil en avoit trop plus en
„enfer que en paradis. Oye laquelle
„reſponſe il retire ſon pie hors des
„fons en diſant vraiment Jaime mieulx
„a ſuivre la greigneur compaignie que
„la mendre. Ainſi doncques le de-
„ceut le Deable par ceſte maniere car
„il ſe fut apparus a luy ung pou de-
„vant & lui eut promis que ou cas
„quil ne ſe feroit par baptiſer ancois
„quil fuſt trois jours apres il lui don-
„roit grans dons merveilleuſement
„dont il lui menti ſelon ſa couſtume
„car au premier jour apres il leſtrangla
„& porta ſon ame en enfer avec les
„aultres.

Quartum volumen conſtans foliis 507. præmiſſam habet geographicam Orbis Terrarum deſcriptionem.

Sequitur hiſtoria Imperatorum Orientis & Occidentis, dein hiſtoria Francorum. Sub Regno Caroli Calvi inſerta eſt a folio 176. ad fol. 212. hiſtoria Geraldi Provinciæ & Burgundiæ Comitis, & uxoris Berthæ, qui contra Carolum Calvum Bella geſſerunt, & propter fundata varia Monaſteria inter Sanctos recenſeritur. Hunc Gerardum commemorant varii Francorum hiſtorici; cognomen vero, quod autor noſter Gerardo imponit,

nempe

nempe *Gerard de Rouſſillon*, nuſquam apud reliquos hiſtoricos occurrit. De hoc Gerardo vide Mézeray Abregé Chronologique de l'hiſtoire de France, ubi ſub annum 871 hæc leguntur:

anno 1339. inter Bernenſes & Friburgenſes; de quo ſupra egimus pag. 96. ſeq.

Huic ſubjuncta eſt brevis Chronologia Urbis Bernenſis, ab urbe condita ad annum 1339.

Sequitur

Tractatus de Prærogativa Imperii Romani.

De hoc infra dicendum in Claſſi Philoſ. ſub titulo *Jordani*.

Sequitur

Martini Poloni Chronicon Imperatorum. a folio 102. ad 149.

Reliqui Codices noſtri Martini Chronicon aliter exhibent, conjunctâ hiſtoriâ Pontificum & Imperatorum. Hic vero eas ſeparat.

Narratio Martini in Codicibus 69. & 260. deſinit in anno 1273. quo etiam Martinum deſinere teſtatur Suffridus Petrus. In hoc Codice autem hiſtoria Imperatorum continuatur usque ad annum 1313. & Henricum Lucenburg. Imperatorem.

Sequuntur in ultima parte Codicis

Legendæ, ſ. Miracula quædam, hoc titulo præmiſſo:

„Hec edificata miracula poſtpoſui, ut „in hiis & in illis auditores delecta„rentur".

Recte

Recte ſane autor, vel Compilator Codicis. Nihil enim hic occurrit niſi aniles fabulæ, vel ſomnia ſuperſtitioſi hominis aut garrulientis Monachi. Occurrunt inter has hiſtoriolas nomina quamplurima Helveticæ originis, veluti:

Frater Hugo de Mellingen Ordinis Prædicatorum.

Sacerdos quidam in civitate Arovia.

Quidam Minor Frater nomine C. de Winterthur.

Walterus de Ems Ord. Minorum, Gardianus Turicenſis.

Sacerdos nomine Zerſinen de Baſilea.

Frater Cuno de Mellingen de S. Urbano Ordinis Ciſtercienſis.

Narratur inter alia multa, hiſtoriola de quodam Advocato in valle Sibental in oppido Erlenbach, qui poſtquam viduas & orphanos præter jus & juſtitiam oppreſſiſſet, moriens uxorem juſſit pro remedio animæ ſuæ multa bona reſtituere. Quod illa poſt obitum mariti cum exſequi negligeret, vidit noctu Diabolum ſub forma hominis nigri, adſtante umbra mariti defuncti, qui uxori perfidiam neglectæ ultimæ voluntatis exprobrat &c.

581. 4to. Codex membran. **XIV.**

Martini Poloni Chronicon Pontificum & Imperatorum ab orbe condito ad annum 1316. Finis Codicis cum ultima pagella deeſt; deſinit nempe in his verbis:

Digitized by Google

„Hic (Joannes XII.) fuit Epiſcopus „prius Forojulienſis in Provincia A„quenſi annis XI. & inde translatus „factus fuit Epiſcopus Avionenſis per „Clementem P. V. anno 1310. ac „deinde aſſumptus fuit in Cardinalem.

Varietates lectionum non paucas obſervavimus; quarum Specimen ex Pontificatu Clementis V. Papæ hîc ſubjicimus. Codex noſter:

„Anno Dni. 1310. die exitus menſis „Aprilis ſ. quinta Kal. Maji in Avinio„ne per Clementem Papam in Conſi„ſtorio publico excuſatur Philippus „Rex Franciæ de his quæ egerat con„tra memoriam Bonifacii quondam „Papæ & pronunciatur ad excuſatio„nem Regis quod egerat ea in bona „intencione & bono animo atque ze„lo, præſentibus ibidem Regis nun„ciis. Et hîc fuerunt conſequenter ut „dictum eſt Bulle Papales *teſtimonio* „confirmatæ. Fuitque ibidem Papæ „Clementi commiſſum totum nego„cium totusque proceſſus habitus Bo„nifacii Papæ memorati ab utraque „parte

„parte ſe accuſante & defendente, fuit-
„que renunciatum & concluſum per
„viam pacis tractare, Papa vero ſuſce-
„pit ſuper ſe negocium examinandum
„& finaliter terminandum. Item idem
„Papa Clemens abſolvit Guilelmum
„de Nogareto preſentem & petentem
„abſolvi a ſententia excommunicatio-
„nis qua tenebatur propter Bonifacii
„Papæ captionem, fueruntque ſibi ibi-
„dem per Papam Clementem impoſi-
„tæ & injunctæ *peregrinationes* aliquæ
„in *provinciam* faciendæ, & inſuper
„quod in primo generali paſſagio
„transmarino tranſeat ipſe mare ibi-
„demque *diu* viveret moraturus niſi
„ſuum per ſedem apoſtolicam fuerit
„diſpenſatum.

Hæc diverſa & multo breviora, quam hic ſunt, reperies pag. 444. editionis Antwerpienſis 1574. 8o. quam Suffridus Petrus curavit.

Paullo infra hæc in noſtro Codice:

„Anno Dni. 1311. fuit Epidimia ma-
„gna ac tanta mortalitas hominum ſ.
„pauperum ſ. divitum ſubſecuta in
„par-

Digitized by Google

„partibus Tholoſanis & maxime in „Tholoſa, quod vix inveniebatur do„mus Tholoſæ in qua non plangere„tur defunctus, aut non doleret plan„gens infirmus, fuitque etiam non „modica *Kariſtia bladi* & vini, ſed ad „*precedentem* non pervenit, Ita quod „pro *quarta frumenti pro ſex libris* „*Turonenſibus* vendebatur, ſed reſpe„xit tunc dominus plebem ſuam, & „quod impoſſibile hominibus videba„tur tempore verno ſequenti quando „magis ſęvitura ſeu futura major ex „*Comitiis* accedentibus veroſimiliter ti„mebatur, cepit bladum XL paſchali „tempore habundantius inveniri & „precium bladi valuit pluſquam du„plo.

Hæc editio Antwerp. ſub anno 1310,& aliter habet, atque multa noſtri Codicis omittit.

Paullo infra, Codex noſter Concilium generale Viennæ celebratum anno 1311: Kal. Octob: tradit, quod in editione laudata 17 Kal. Novemb. aſſignatur.

Deinde, ubi Acta privati Conſiſtorii, quod XI. Kal. April. 1312. habitum fuit, & Ordinis Templariorum Condemnatio narrantur, multo fuſior eſt Codex noſter, quam edita.

Digitized by Google

Non quidem hunc locum integrum deſcripſi, hæc tamen; quæ in editis non exſtant.

„Sequenti vero menſe Martii feriâ IV. „in Ebdomada Sancta XI. Kal. April. „ſummus Pontifex multis Prælatis cum „Cardinalibus coram ſe in privato „Conſiſtorio convocatis per proviſio„nis potius quam condempnationis „viam Ordinem Templariorum caſſa„vit & penitus annullavit, perſonis ac „bonis ejusdem Ordinis ordinacioni „ſuæ & Eccleſiæ reſervatis.

Et paullo infra, ad Concilium ſecundâ Non. Maji celebratum, deſunt in noſtro, quæ habet editus, de regula Fratrum Minorum & de Begardorum & Beguinarum ordinibus. De *Templariis* vero hæc leguntur, quæ non ita habet editus:

„In quo Concilio bona Templariorum „fuerunt applicata & conceſſa cum „certis condicionibus & pactis Ordi„ni Hoſpitalis Sti. Johannis Jeroſolym. „ſicut ea prius Templarii poſſidebant, „ubicunque locorum & terrarum, ex„ceptis Regnis Hyſpaniæ ſive Caſtelliæ, „Portugaliæ & Arragoniæ & Maiori„carum, pro eo quod propter bona

„quæ

„quæ in dictis regnis habebant Tem„plarii tenebantur ipſi contra *fronta„rios* Sarracenorum & Granatæ illis „partibus militare, defendere, ac tue„ri ſicut idem in concilio fuit propo„ſitum; verum poſtmodum in Regno „Majoricarum & Arragoniæ bona „quondam Templi Hoſpitalaris ſicut „alibi habuerunt. De pœnis vero Tem„plariorum ſicut extitit ordinatum ut „quibusdam nominatim expreſſis diſ„poſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervatis „ceteri omnes judicio & diſpoſitioni „Conciliorum Provincialium in ſingu„lis Provinciis ſunt relicti.

Hæc fere iisdem verbis reperi in Vità tertia Clementis V. edita a Baluzio inter vitas P. P. Avinionenſium, pag. 74. 75. 76. quæ vita autorem habet Bernardum Guidonem Epiſcopum Lodovienſem.

562. 4to. Codex membranaceus. XIV.

Martini Poloni Chronicon Pontificum & Imperatorum, deſinens in Pontificatu Honorii IV. electi an. 1284. Tradit Fabulam notiſſimam de Johanne P. fœmina.

Multa deſunt in noſtro Codice. Lectiones corruptiſſimæ. Præmittuntur Flores quidam ex Scriptis Patrum.

260. fol. Codex membran. olim Fr. Celeſtinorum de Metis; dein Bongarſii. XIV.

Hic Codex multifaria opuſcula exhibet, omnia continua ſcripturæ ſerie connexa; quamvis ſint varii argumenti. De ſingulis dicetur ſuo loco, & jam dictum eſt Tomo I. Catalogi noſtri. Penultimum Codicis opus eſt Chronicon Pontificum Fratris Martini Poloni, cui ſubjungitur ultimum ordine opus, de quo nunc dicendum eſt, nempe:

Mathiæ de Nuwenburg Cronica.

Titulus vero legitur ſequens:

„Incipit Cronica compoſita ſive facta
„per Magiſtrum Mathiam de Nuwen-
„burg Clericum honorabilis Patris ac
„Domini Domini Berchtoldi de Buch-
„egge Epiſcopi Argentinenſis, a tem-
„pore Friderici Regis quo precedens
„Cronica & aliæ Cronicæ dimittunt
„tractans de omnibus Pontificibus Re-
„gibus & Imperatoribus uſque ad Ka-
„rolum quartum filium Johannis Re-
„gis Bohemiæ & Clementem Papam
„VI. incluſive. Et primo de ortu
„Comitum de Habsburg.

Opus

Digitized by Google

Opus hoc jam in Præfationibus Catalogi noſtri annotavimus idem eſſe cum Alberti Argentinenſis quod inter Scriptores germanicos edidit olim Chriſt. Urſtiſius Francofurti 1585. fol. Codex noſter in anno 1350. abrumpitur, ut imperfectum opus reliquiſſe videatur amanuenſis, qui Codicem deſcripſerat, quum Alberti Chronicon uſque ad annum 1378. progrediatur in editis. Ultima Codicis noſtri verba hæc ſunt:

„Rudolfus Bruno, Magiſter Civitatis „diuque potior ibidem quamvis ple„beius eſt miles effectus".

Folia 35 ultima Codicis implet opus.

In his verbis agit autor de bello Thuricenſium ſeu Tigurinorum contra Comitem de Habspurg. Nomen vero hiſtorici cur in noſtro Codice diverſum ſit ab Alberto Argentinenſi noſtrum non eſt divinare. Hoc tantum obſervamus, ſcripſiſſe Albertum Vitam Berchtoldi de Buchegge Epiſcopi Argentinenſis, quam in eadem Collectione edidit Urſtiſius. Quum vero in titulo noſtri Codicis Mathias de Nuwenburg vocetur Clericus ejusdem Berchtoldi, hæc omnia conjectare jubent bina eundem Scriptorem ferre nomina; quod non ſemel evenit. De Alberto Argentinenſi hæc ſcribit Caveus:

Ex Cavei *hiſtoria Scriptorum Eccleſiaſt. ad annum* 1378.

„Albertus de Argentina, gente Ger„manus, civitate Argentoratenſis, ma-

„giſter ſeu doctor, & fortaſſis presby-
„ter, epiſcopi Argentinenſis familia-
„ris, a quo Avenionem legatus fuit,
„ut ſe Pontifici excuſaret, & Ludo-
„vici Imp. decretum contra ambitio-
„nem pontificiam deferret. Claruit
„anno 1378. Scripſit Chronicon ab
„initiis Rodulphi Habspurgenſis Imp.
„ad Caroli IV. mortem, ſeu ab anno
„Chriſti 1270. ad 1378. Mutilum
„id edidit Cuſpinianus cum Conſuli-
„bus Romanis Baſil. 1553. 1569. (quæ
„equidem editio in Indice expurgato-
„rio nominatim prohibetur, quin &
„integrum Alberti Chronicon legi in-
„terdicitur, antequam pro inquiſito-
„rum arbitrio expurgetur) integrum
„Chriſtianus Urſtiſius inter Scriptores
„germanicos, Francofurt. 1585. 1670.
„tom. 2. pag. 97. Scripſit etiam Al-
„bertus Vitam Bertholdi a Buchecke,
„epiſcopi Argentinenſis, & Spirenſis
„ab anno 1328. ad 1353. Eam ad
„Chronici calcem edidit Urſtiſius ibid.
„p. 167.

Hinc

Hinc rurſus patet, unum & eundem eſſe Albertum, & Mathiam noſtrum; Epiſcopi Argentinenſis familiaris fuiſſe dicitur ille Caveo; noſter ejusdem Epiſcopi Clericus vocatur in titulo operis. Scripſit Albertus vitam Berchtoldi de Buchegge, Epiſcopi; obſervavimus in noſtro Codice varia loca exſtare, quæ ex illa Vita tranſcripta ſunt, & in Alberti Argentinenſis Chronico edito non reperiuntur. Obſervavimus in noſtro Codice varia, quæ ex ejusdem Alberti Argentinenſis Vita Berchtoldi de Buchegge, Epiſcopi Argentinenſis deſcripta videntur, quæ ab Urſtiſio edita exſtant poſt Chronicon Alberti, libro ſupra laudato. Lacunæ in noſtro Codice occurrunt aliquæ; interim multa hic reperimus quæ deſunt in editis; & lectu digna ſunt. Operæ pretium foret, novam Alberti Argentinenſis, vel Mathiæ noſtri parare editionem. Res enim geſtas Ducum Auſtriacorum, & hiſtoriam Germaniæ, Italiæ, præcipue Helvetiæ magnopere illuſtrat. Pauci nunc editionem Urſtiſianam manibus tractant, quæ inter rariores libros numeratur. Nos autem ſpecimina ex noſtro Codice hic ſubmittimus, quæ præcipue ſpectant res Helveticas. Quum vero autor noſter ea quæ ad Kyburgenſes Comites qui caſtra Thun & Burgdorf poſſidebant, longe abeat a noſtris annalibus, Tſchudii, Stetleri, Stumpfii, & aliorum; & quidem ea habeat, quæ magis cum veritate hiſtorica congruere videntur, illuſtrabimus ejus narrationem noſtris obſervationibus, & de hiſtoria patria bene meruiſſe credimus, ſi noſtri Codicis ope lucem affundamus Genealogiæ utriusque Stirpis Kyburgenſium Comi-

 tum,

Digitized by Google

tum, quorum prior in Hartmanni junioris Kyburgenſis filia, Annâ, deſiit, altera, cujus autor *Eberhardus* ex gente Habsburgica, Rudolphi Taciturni filius, Rudolphi Imperatoris patruelis, ducta in matrimonium Anna Kyburgenſi, Comitatum Thunenſem & Burgdorfenſem genti Habspurgicæ intulit, mutato nomine gentilitio, & adſcito Kyburgenſium cognomine & inſignibus, ſed de his infra; nunc excerpta ex noſtro Codice præmittamus. Tituli capitum rubro colore exarata, quæ in editis non exſtant, hic occurrunt. Excerpta noſtra ab obitu Henrici Luzenburgii Imper. qui in Italia anno 1313. veneno interemptus dicitur usque ad annum 1321 procedunt.

Poſt narratum itaque obitum Henrici Imper. & pugnam inter Piſanos & Robertum Regem Neapol. & illa verba editionis Urſtiſianæ:

„Vindicta in ſtirpe illa quę Conradi„num occidit“.

Hæc ſequuntur quæ deſunt in editione illa:

„Acue Scriba ingenium, grandis tibi „reſtat labor, ac præſumis deſcribere „aquilam grandem tarde & diu volan„tem, & ſtultum ſapientem, deſidem „curioſum, pigrum ſeverum, triſtem „Jocundum, in puſillanimitate fortem, „aduſtis aliis creſcentem, & in infor„tuniis fortunatum.

Sequitur

Sequitur narratio de Electione litigioſa Imperii Rom. inter Fridericum Auſtriacum & Ludovicum Bavarum. Prologum illum, ſ. potius exclamationem autoris, obſcuram ſatis & barbaram, ad hiſtoriam certaminum de Imperio, quod ſub Aquilæ typo innuere videtur, pertinere credo.

Sequitur in noſtro Codice, eodem ordine, quo Editio Urſtiſiana, narratio Concilii Viennenſis, quod congregavit Clemens V. Pontifex. Deinde electio Johannis XII. poſt obitum Clementis. De quo Johanne eadem narrat quæ habet editio Urſtiſiana.

Poſt hæc autem verba „

„& in omnibus favit Roberto„

ſequentia inſerta ſunt, quæ in editis deſunt, ad annum nempe 1315.

„de nuptiis Domicellæ Katharinæ ſo-
„roris Ducum Auſtriæ.
„In diebus illis prædicta Domicilla Ka-
„therina ſoror ducum Auſtriæ quæ Cæ-
„ſari nupſiſſe debuerat per Hugonem
„Comitem de Buchecke conſangui-
„neum & ſervitorem Ducum ducitur
„Johanni Duci Calabriæ filio Regis
„Roberti prædicti; quam venientem
„Bononiæ duo meliores milites Bo-
„nonienſes pedites habentes frenum

 „equi

„equi per medium Bononiæ duxerunt; „prædicto Hugone & Eberhardo de „Kyburg ſtudente Bononiæ ſequenti„bus ipſam. Erant autem paramenta „ejus, Imperii Auſtriæ & Stiriæ inſi„gniis inſignita; quæ cum obiiſſet poſt „aliquot annos ſine liberis, prædictus „Hugo qui ejus curam geſſit, apud „Robertum & Reginam remanſit; ex „quo poſtea ipſius Hugonis progenies „eſt plurimum exaltata. Dux autem „Calabriæ ſecundo cum Francigena „contrahens reliquit filiam Johannam, „de qua plura dicentur.

Sequuntur duo Capita, his titulis:

„de exercitibus Ludovici & Friderici „in Suevia juxta Eſſelingen".

„de curia & haſtiludio quam Lupol„dus Friderici Regis frater habuit in „Baden.

Hæc duo Capita integra exſtant in Editione Urſtiſiana; poſt illa verba:

„poſtea eum perſequebatur ad un„guem" inſerta eſt narratio memorabilis de Cæde Hartm anni Comitis de Kyburg in caſtro

ſtro Thun, quam omnes noſtri Hiſtorici narrant, ſed longe aliter quam Matheus noſter. Sic vero iſte:

„De duobus fratribus de Kyburg quo„rum unus erat Laycus & alter Cle„ricus.

„Fuerunt autem illis diebus duo Fra„tres de Kyburg Hartmannus miles & „Eberhardus Clericus Nepotes ex fi„lio quondam Eberhardi de Habspurg, „filii ſororis Conradi Comitis Fribur„genſis, quorum miles matri dilectus „ſed Clericus eſt exoſus eo quod Lai„cus Hartmannum ſenem militem ma„tris amatorem fovebat, ſed Clericus „aſpernabatur. Cumq; Eberhardo ſtu„denti Bononiæ ſexaginta Marcas an„nuas quas ſibi miſiſſe debuerant nun„quam miſerint tempeſtive quin me„dia pars decreverit per uſuras, ipſe „Clericus multis adſtrictus debitis con„ſtudentes obligans eſt egreſſus, cum„que partem ſui dominii peteret a ma„tre & fratre ridetur. Fuit autem Lai„cus curialis nimis & dilectus Duci „Lüpoldo, quippe in cujus ſervitio „domi-

Digitized by Google

„dominium ipſorum Fratrum multis
„debitis oneravit. Clericus autem Ci-
„vilegium aſſumens in Berna ſibi ali-
„quos dominii ſervitores aſſumſit, de
„quo Dux Mater & Frater plurimum
„ſunt commoti. Finxit autem Laicus
„ſe cum Fratre omnino amicitiam ha-
„biturum, & pernoctantibus ſimul in
„caſtro eorum Landshut volentibusq;
„in uno lecto dormire cum Eberhar-
„dus præcedens ſe poſuiſſet ad lectum
„irruit in eum Frater extracto cultro
„ipſumq; captum ad Caſtrum Roſchi-
„fort ſedi ſui Rudolphi Comitis de No-
„vo caſtro ligatum & quaſi nudum tra-
„duxit; de cujus liberatione Lüpol-
„dus Dux ſe callide intromittens ſic
„inter ipſos fratres tranſegit, quod
„Hartmanno totum dominium rema-
„neret excepto ſolo caſtro Tune quod
„Clericus per tempus vitæ tenere &
„Clericus permanere deberet, ita ta-
„men quod de redditibus CC. Mar-
„carum quos Clericus de Beneficiis ha-
„buit (fuit enim Canonicus Argenti-
„nenſis & Colonienſis & Rector plu-
„rium

„rium Eccleſiarum) CL Marcarum Lai-
„cus pro ſolvendis debitis per ſe con-
„tractis & Clericus tantum L Marcas
„percipere tenerentur, & qui hoc in-
„fregerit pars dominii illius cederet
„ipſi Duci. Credentibus itaque Laico
„& Matre de hoc Clericum contentari
„& convenientibus in caſtro Tune pro
„confectione litterarum & poſt cœnam
„conſedentibus juxta ignem & aſſeren-
„te Laico Clericum oportere habere in
„Negotio hujusmodi Curatorem illoq;
„nolente, orta briga, Laicus per Cleri-
„cum vulneratur & per quendam mi-
„litem ſuum præcipitatur ab alto. Po-
„pulus autem oppidi Tune intellecta
„nece Domini caſtrum invadit. Miſſo
„autem pro Bernenſibus & repente ve-
„nientibus tractisq; funibus ſuper ca-
„ſtrum populum Tune ad ipſius Eber-
„hardi obedientiam coëgerunt. Po-
„puli autem aliarum munitionum fi-
„dentes ſe alium non habere Dominum
„ipſum concorditer receperunt. Antea
„autem tempore Eberhardus adeo ca-
„ſte & manſvete vixit quod impotens
„Cic-

„credebatur, quapropter Bernenſes ab „eo Tune ſub eo pacto ſi ſine liberis „decederet poſt ejus mortem emerunt „qui poſtea multos liberos procreavit. „Impugnatoribus autem Lüpoldi Du„cis impetentes dominium vel partem „alterutrius Fratris culpabilis adeo vi„riliter reſtitit & omnes nobiles domi„nii cohercuit quod ſtrenuiſſimus eſt „effectus, ſicq; Leo crevit ex agno.

„Qualiter Lupoldus cum magna gente „deſcendit verſus Spiram.

Sequuntur, quæ in editis exſtant. Lectionem tantum obſervare lubet, quæ in noſtro Codice exſtat. Ad illa verba, editionis Urſtiſ. pag. 120. lin. 31.

„Mane autem reverſus ad Bruſcam, „populi, quos —

Noſter rectius ſic habet:

„Mane autem reverſis ad Bruſcam po„pulis, quos —

Pag. 121. editionis Urſtiſianæ (ad annum 1319) narratur electio litigioſa Epiſcopatus Conſtantienſis, poſt obitum Gerardi de *Senar* Epiſcopi, quem Codex noſter de *Bmar* vocat. Verba editionis Urſtiſianæ ſic habent:

„Ex-

„Excluſis autem dictis electis, Ruodol-
„phus de Monteforti per ipſum Papam
„ad Conſtantienſem Eccleſiam eſt pro-
„motus. Cui etiam vacans Monaſte-
„rium S. Galli committitur. Sed eo
„tamdiu aſſiſtente Ludovico idem Mo-
„naſterium ad preces Hugonis de
„Buchegge collocatum eſt N. de Bon-
„ſtetten avunculo Berengarii de Lan-
„denberg, qui ſe fecit extra Cæmete-
„rium ſepeliri.

„Mortuo Baſileæ illis diebus Udalrico
„unico Comite Ferretarum abſque fi-
„liis &c. &c.

Noſter Codex aliter, & plura, nempe hæc:

„Excluſis autem prædictis electis, Ru-
„dolfus de Monteforti per ipſum Pa-
„pam ad Conſtantienſem Eccleſiam eſt
„promotus. Cui etiam vacans Mona-
„ſterium committitur S^ti^ Galli. Sed
„eo tandem aſſiſtente Ludowico Prin-
„cipe idem Monaſterium ad preces
„Hugonis de Bucheck collatum eſt B.
„de Bonſteten avunculo Berengarii de
„Landenberg militis ejuſdem Hugonis.
„Qui

„Qui B. tandem in ſententiis Papali-
„bus moriens ſe fecit extra Cimite-
„rium ſepeliri. Mortuo autem illis
„diebus Gerardo de Wippingen filio
„ſororis Ottonis Domini in Grandiſo-
„no Epiſcopo Baſilienſi qui propter
„occiſionem Richlini officialis ſui pro-
„geniem De Sole proſequebatur &
„Hartungo *Monachi* Archidiacono Ba-
„ſilienſi electo & confirmato, Johan-
„nes Papa Johanni de Gabrilone, cum
„Capitulum Baſileenſe eſſet privatum
„jure eligendi; de Eccleſia Baſilienſi
„providit, & orta diſſenſione cum Har-
„tungus nollet contra juramentum ſibi
„præſtitum in Capitulo Albertum Du-
„cem Auſtriæ de feudis Comitatùs Fer-
„retenſis inveſtire, Lupoldus Dux Ga-
„bilonenſem aſſiſtens leſit Hartungum.
„Mortuo N. Baſileæ illis diebus Ulrico
„unico Ferretarum Comite absque fi-
„liis & comitatu pro majori parte ad
„Eccleſiam Baſilienſem devoluto, &
„jam omnis ipſius comitatûs populus
„adventum Baſilienſium exſpectaret,
„ecce Johanna Comitis filia cum do-
„minio

„minio traditur Duci Alberto, & poſt
„multa diſcrimina, poſt ſubmerſionem
„notoriam * nuncii populares litteras
„legentis poſt expugnationem aliquo-
„rum caſtrorum per *Gabilonenſem* fa-
„ctam poſt proviſionem Gabilonenſi
„factam ** de Epiſcopatu Lingonenſi
„cum commiſſione Baſilienſium poſt
„multos proceſſus tandem ceſſit Har-
„tungus diſpenſatione ſuper beneficiis
„& præceptis obtenta ".

* Editio Urſtiſiana habet: ***Montanam nuncii plures literas legentes.***

** Editio Urſtiſiana: ***de Epiſcopatu litigante.***

Obſervationes noſtras ad Excerpta præcedentia nunc addere opus eſt, quæ, ut jam monuimus, Hiſtoriæ utriusque familiæ Kyburgicæ illuſtrandæ inſervient. Ex documentis hiſtoricis aſſertiones noſtras comprobabimus, erroresque Scriptorum Hiſtoriæ helveticæ fere omnium. TSCHUDII, STUMPFII, JUSTINGERI, STETLERI, GUILLIMANNI, reformabimus. Noſtri Seculi fatum eſſe videtur, ut evolutis chartulariis antiquis, & diplomatibus, nunc demum certioribus veſtigiis inſiſtat Studium hiſtoricum medii ævi. Multa etiam ſecum ferunt anni, multa renaſcuntur, quæ jam cecidere, ut Horatii verbis utar. Sæpe etiam eorum qui ante nos ſcripſere, errores ipſi, ad inveſtigandam ve-

Digitized by Google

ritatem ſubſidia præbent. Non mihi eſt ſilentio prætereundus, Autor Hiſtoriæ Helveticæ Nobiliſſimus, ALEXANDER à WATTEVILLE, quem non uno nomine veneror, Vir propter ſua in Rempublicam literariam, & hiſtoriam patriam merita eruditis charus, civibus propter negotia publica ſæpe optime geſta charior. Cum iſto meos labores contuli, hujus ſcriptis, & colloquio uſus, inter illas hiſtoriæ patriæ tenebras certiori pede ingredior.

Quæ Mathias de Nuwenburg vel Albertus Argentinenſis noſter narrat de nuptiis Domicellæ Catharinæ Auſtriacæ, Sororis Ducum Auſtriæ antea Henrico Luxenburgico Imperatori deſponſatæ, poſtea *Johanni* (vel potius Carolo, ſecundum omnes hiſtoricos) Roberti Andigavenſis Regis Neapolitani filio) ex quo nullos liberos tulit, ideo nobis præcipue notantur, quia Eberhardus Kyburgenſis, tunc in urbe Bononia ſtudiorum gratia degens, Catharinæ adventui in illam urbem cum Hugone de Buchegge milite adfuiſſe narratur. De utroque infra dicetur. Interim primus hic nobis adnotandus eſt error Jacobi Fuggeri, Hiſtorici Auſtriaci alias magnæ autoritatis, qui ex illa Catharina natam eſſe tradit Johannam, poſtea Reginam Neapolitanam, poſt obitum avi Roberti, cum rectius noſter eam nullos liberos peperiſſe tradat.. Autor hiſtoriæ genealogicæ Regum Francorum P. Anſelme Catharinam anno 1323. obiiſſe, & Carolum Andigavenſem anno 1324. nupſiſſe Mariæ Valeſiæ, Caroli Valeſii filiæ, narrat, ex qua circa annum 1326. nata Johanna.

Alterum Excerptum, de fratribus Kyburgenſibus quod attinet, id ex noſtro Codice verbotenus

botenus deſcriptum damus, quum deſit in Editione Urſtiſiana. Ordinem temporum tamen intervertit vel autor, vel amanuenſis, qui Codicem deſcripſit. Sic jam ſupra & in noſtro, & in Editione Urſtiſiana, contra omnium Hiſtoricorum Helvetiæ, & Fuggeri Auſtriaci teſtimonia, obſidio urbis Solodorenſis prælio Morgartenſi præmittitur, quum tamen hoc anno 1315. illam vero demum anno 1318. accidiſſe conſtet. Sic etiam Hartmanni Comitis Kyburgenſis interitus in caſtro Thun, omnibus noſtratibus hiſtoricis collocatur in annum 1322. & recte ut infra oſtendemus; excepto Franc. Guillimanno, qui hanc cædem in annum 1332. collocat Rerum Habsburgicarum Libro VI. Cap. VIII. niſi forſan a typographo erratum fuiſſe dicas.

Cæterum in Hiſtoria & Genealogia utriusque Gentis Kyburgenſium Comitum. quam graviter erraverint fere omnes Hiſtorici noſtri, nunc fuſius evincere opus eſt. Seriem itaque Comitum Kyburgenſium, & res præcipuas, quæ ad eos pertinent, breviter hiſtorica narratione complexi, quamvis forſitan inſtitutum Catalogi noſtri excedere videamur, gratiam apud eos qui hiſtoriam patriam amant inire ſperamus.

Antiqua Gens Comitum Kyburgenſium patriam ſedem habuit Caſtrum Kyburg, in Helvetiæ Orientalis partibus, quod nunc inter Præfecturas provinciales Reipubl. Tigurinæ numeratur. De prima ejus familiæ origine vide quæ docte diſſerit MARQ. HERGOTT Tomo I. Genealogiæ diplomaticæ Habsburgenſis, Libri I. Capite IX.

Digitized by Google

Ne autem in obſcuriora medii ævi tempora aſſurgam, primus mihi memorabitur Hartmannus à Kyburg, qui cum duobus fratribus Adelberto & Udalrico nominatur in diplomate anni 1155. HERGOTT. Geneal. Habsburg. Tom. II, N°. 231. Hic nupſiſſe dicitur Richenzæ, Udalrici vel Ulrici ultimi Badenſium & Lenzburgenſium Comitis hæredi *, unde hi Comitatus in Domum Kyburgenſem tranſiere. Huic Hartmanno filius fuit Ulricus, qui Annæ Zäringiæ, Berchtoldi V. ſorori nupſit, ex quâ jura Domûs Zäringiæ in Helvetia Occidentali, nempe Landgraviatus Burgundiæ minoris, cujus fines a Lacu Lemanno ad Urſam fluvium, & a Juraſſo monte ad Alpes pertinébant, urbes quoque Friburgum in Helvetia, caſtra Thun & Burgdorf; ad Kyburgenſes Comites pervenerunt. Magna pars noſtratum Hiſtoricorum, Stumpfius, Guillimannus & alii errarunt, qui nempe *Wernerum*, Ulrici Comitis filium natu majorem, Hartmanni junioris patrem, huic Annæ Zäringiæ nupſiſſe credunt. Quos etiam Herrgott ſequitur. Rectius autem Nobiliſſ. Hiſtoriæ Helveticæ Scriptorem WATENWYLIUM, quem & SCHÖPFLINUS in Opere ſuo illuſtri, hiſtoriâ nempe Záringo-Badenſi, ſecutus eſt, Annæ Zäringiæ Conjugem Ulricum Comitem aſſignaſſe, inde conſtat potiſſimum, quod jam anno 1218. Kalendis Junii, unius menſis ſpatio poſt obitum Berchtoldi Zäringiæ Ducis elapſo, condito Inſtrumento, de nuptiis Hartmanni Ulrici filii, cum

* Eam STUMPFIUS Arnolphi Comitis Badenſis filiam fuiſſe tradit. Chronici Libr. *de Argovia.*

çum Margarita Sabaudica, Thomæ Comitis filia, quod exſtat inter documenta Hiſtoriæ Sabaudicæ a Sam. Guichenon edita, Pater Ulricus filio donavit varias Terras, quæ ex ſucceſſione Zäringenſi ad Ulricum pervenerant. Non aliter hoc fieri potuit, niſi Annam Zäringiam eum in matrimonio habuiſſe dicas. In hac donatione occurrit urbs Friburgum in Helvetia. Verba ipſa Inſtrumentl apponere lubet hæc; quæ eo magis lectu digna ſunt, quia jam tunc circa pacta ſponſalia in illis regionibus eadem in gratiam muliebris ſexus Jura obtinuiſſe videatur, quæ hodie in Regione Vaudi in uſu ſunt.

„& ipſe Comes Artemanus donavit, „pro *melioramento* Margaritæ uxori „ſuæ duo milia Marcharum argenti, „quæ ipſa debet habere ſuper Fribur„gum, quod eſt in Epiſcopatu Lauſa„nenſi, vel ſuper fidejuſſum poſſe re„cuperare, & ſi ipſa haberet heredem „a Comite Artemano, & ipſe ipſam „morte preveniret, ipſa poſſet mane„re Domina cum hærede *ſecundum* „*bonos uſus Terræ.* Comes vero Ul„dricus nunc donavit filio ſuo Arte„manno, extra partem filiorum ſuo„rum pro melioramento, Caſtrum de „*Medanges* &c. &c.

Et paullo infra:

„& Comes Uldricus pacto promiſit
„Comiti Savoyæ quod *Fribors* eſſet in
„poteſtate Comitis Artemanni.

& infra:

„Has omnes Conventiones juravit at-
„tendere ipſe Comes Artemannus, &
„cum ipſo, & pro ipſo Pater ejus Ul-
„dricus Comes de *Kibor*, & Comes
„Garnerius, frater ejus, & Comitiſſa
„uxor Comitis de Kibor, laudavit &
„fidejuſſit in manus B. Comitis de Ca-
„ſtro novo,

Hoc Inſtrumentum primus ex Archivo Taurinenſi edidit GUICHENON, Lugduni 1660. quod Hiſtorici noſtrates, quos antea citavimus, ignoraſſe videntur. Inde natus error circa maritum Annæ Zäringiæ.

Wernerus & Hartmannus ſenior cognomines fratres, Ulrici filii, in monumentis hiſtoricis Seculi XIII. aliquoties apparent. Patrem eorum circa annum 1223 defunctum fuiſſe arguere licet ex Inſtrumento quod ediderunt FRANC. GUILLIMANNUS, & MARQ. HERGOTT. Eundem vero Ulricum adhuc viventem eodem anno teſtatur aliud Inſtrumentum, quod poſt TSCHUDIUM citavit idem MARQ. HERGOTT. Non tamen recte

initium

initium anni ſtatuiſſe videtur iſte, quod plerumque eo tempore in æquinoctio vernali collocatur. Hoc dum ſæpiſſime hiſtoriarum Scriptores obſervare neglexerant, inde orti errores quamplurimi. Primum itaque ex his Inſtrumentis, quod P. HERGOTT ſub N°. CCLXXIX. collocavit, datum eſt VIII. Cal. Jun. vel 23. Maji anni 1223. quo Ulricus, Comes ſenior, item Wernerus & Hartmannus filii ejus Comites de Kiburg, Monaſterio Beronenſi, ſ. Munſter, in Argovia, quasdam feciſſe donationes dicuntur, teſte EGIDIO TSCHUDIO, & qui eum hic ſequitur, MARQ. HERGOTT. Titulos tantum, & nomina teſtium, cum nota anni ad nos transmiſerunt autores laudati. Chartam ipſam Tſchudius latine extare teſtatur, ſed dubitare licet de ea, quum alias diligenter chartas quamplurimas Operi ſuo hiſtorico inſeruerit Tſchudius, hujus vero nihil prætet titulos & ſubſcriptionem tradat.

Alterum Inſtrumentum, quod MARQ. HERGOTT ſub N°. CCLXXVII. inſeruit integrum, datum eſt a Friderico II. Imperatore, in Campania apud montem S. Johannis, die 23. Febr. 1223. quum Imperator tunc in Italia moraretur. Argumentum vero & occaſionem ejus chartæ ex Guillimanno huc adſcribere lubet:

„Magna erat per ea tempora Comi-
„tum Kiburgenſium Wernheri &
„Hartmanni, Heilvigis Habsburgien-
„ſis fratrum potentia, factio & clien-

„telæ. Nam ſuper tres clariſſimos „Comitatus Kiburgi, Lenzburgi, & „Badæ, Burgdorfum quoque & nobi„liſſimam ditionem Anne Zeringenſis „uxoris dotem Vernherus obtinebat, „longe lateque imperitabant. Unde „generata primo in ſubditos & clien„tes ſævitia & ſuperbia, poſt Dei quo„que & Imperii oblivio & contemp„tus. Igitur alio alios vexare, & op„primere, & agris avitis expellere, & „deturbare, mox in monaſteria & col„legia, ſacerdotiaque manus injicere, „ſacra, profana, haud magno inter ſe „diſcrimine habere. Sed præcipue in „Canonicos Beronenſes eorum furor „deſæviit, quorum poſſeſſiones, quæ „ea tempeſtate florentiſſimæ erant, & „ampliſſimæ, non in Argovia modo, „ſed in Alſatia quoque & Briſiaca jam „a primis conditoribus Comitibus „Lenzburgi, non tantum rapinis & „incendiis, quia eorum lubidini ob„luctabantur, fœdarunt, popularunt„que, ſed ipſos adeo Canonicos & „Presbyteros omnes Beronâ & Cano-

„nicâ

„nicâ ejecerunt, fortuniſque omnibus
„exuerunt. Erat tum Collegii Præ-
„poſitus Theodoricus Vir egregiæ
„conſtantiæ & virtutis. Is primo qui-
„dem Comites apud Cuonradum Con-
„ſtantienſem Epiſcopum accuſavit, qui
„ſacrorum Communione ſacre inter-
„dixit; ſed non propterea ab eis ad-
„emta recepit, quantumvis ſententiam
„anathematis Summus quoque Ponti-
„fex confirmaſſet. Quamobrem quod
„unicum ſupererat refugium, ad Fri-
„dericum Imper. Theodoricus, labore
„ingenti, & rerum omnium pene ino-
„pia in Italiam contendit, narratisque
„Kiburgiorum facinoribus, & injuriis,
„& jam *ſextum ſui & Collegarum du-*
„*rare exſilii annum*, Imperatorem per-
„pulit, ut utrumque Comitem proſcri-
„beret, filioque Henrico Cæſari uti
„proſcriptos per Germaniam pronun-
„ciaret, inpingeret, ab ipſa proſcrip-
„tione non prius liberandos, quam
„Præpoſito & ſuæ Eccleſiæ ſatisface-
„rent.

Varia hic obſervare opus eſt. *Primum*, quod in hac proſcriptionis Sententia & Inſtrumento, nomina Werneri & Hartmanni Kiburgenſium Comitum occurrunt, omiſſa mentione Patris Ulrici. Hunc itaque tunc jam ex vivis abiiſſe veroſimile eſt. Diem vero XXIII. Februarii ad annum 1223, pro ratione ejus ævi, numerari ſolitum, qui hodierno computo ad 1224. pertineret. Charta itaque ea poſterior eſt præcedenti, quæ VIII. Kal. Jun. data eſt.

Secundo, ſi jam ſextum annum Canonici Beronenſes tunc a Comitibus Kiburgenſibus in exſilium pulſi erant, quomodo fieri potuit, ut ab iisdem anno priori donationem acceperint, quod tamen aſſerit TSCHUDIUS?

Tertio, erraſſe GUILLIMANNUM, cum reliquis hiſtoricis, qui Annam Zeringiam Wernero pro uxore aſſignant, quum ſupra ſatis clare oſtenſum fuerit, eam fuiſſe Ulrici uxorem, matrem Werneri & Hartmanni, nec non *Heilwigis*. quæ poſtea Alberto Habſpurgico nupta fuit, & mater Rudolphi Imperatoris.

Iidem Kiburgenſes Comites per multos annos cum Urbe Bernenſi, quæ tunc paulatim vires ex vicinia augebat, bella geſſiſſe narrantur, de quibus vide Chronicorum noſtrorum Scriptores; idem Hartmannus ſenior, qui ex Margarita Sabaudica nullos liberos ſuſtulerat, Terras ſuas, Kiburg, Winterthur, Baden &c. conſenſu patruelis ſui, Hartmanni junioris, Eccleſiæ Argentinenſi tradidit, Inſtrumento dato anno 1244. quod MARQ. HER-

Digitized by Google

HERGOTT in Genealogia Habsburg. retulit, item TSCHUDIUS, & GUILLIMANNUS, & FUGGERUS commemorant. Anno demum 1263. conſenſu Canonicorum & Epiſcopi Argentinenſis hæc donatio reſciſſa eſt, & Terræ illæ Rudolpho Habsburgenſi, partis bonorum Kyburgenſis Domûs ex Heilwige matre, Hartmanni ſenioris & Werneri ſorore, hæredi, reſtituta. Eodem anno obiit Hartmannus junior, Werneri filius, relicta filia & hærede unica, Anna nomine, quæ poſtea nupſit Eberhardo Habsburgenſi, Rudolphi Taciturni filio, & Rudolfi I. Imperatoris conſobrino. Hic autor ſecundæ Stirpis Kyburgenſium Comitum, quæ nomen patrium & Inſignia Habsburgenſia cum antiquo nomine & titulo Kyburgenſi commutavit. Succeſſio itaque Domûs Kyburgenſis, extincto anno 1264. Hartmanno ſeniore, junioris patruo, in duas partes diviſa, ceſſit in duas Stirpes Habsburgenſes. Comitatus nempe Kyburg, Lenzburg, Baden, Winterthur, acceſſere Rudolpho poſtea Imperatori, ex portione Hartmanni ſenioris. Comitatus Thun, Burgdorf, Friburgum in Helvetia &c. ceſſere Annæ Kyburgenſi, Hartmanni junioris filiæ, uxori Eberhardi Habsburgenſis. Hic anno 1284. obiiſſe dicitur, relicto hærede filio Hartmanno, quem fere omnes hiſtorici præterierunt. TSCHUDIUS vero omnino erravit circa eam familiam, qui ſecundam illam Stirpem Habsburgenſem prorſus ignorans Eberhardum noſtrum, & ejus filios & ſucceſſores antiquæ Kyburgenſium Comitum familiæ aſſignat, quam tamen cum utroque Hartmanno deſiiſſe ſupra ſatis oſtendimus, quod etiam recte narrant Stumpfius, Guil-

liman-

Digitized by Google

limannus, Fuggerus, Hergott & alii. Vide quæ de his narrat Stumpſius Rerum Helveticarum Chronici Libro VII. Cap. 31. Hic tamen graviter erravit cum Fuggero & aliis, dum pro Anna Kyburgenſi, Hartmanni junioris hærede, Eberhardo Habsburgenſi conjugem aſſignat Eliſabetham, ex Hartmanno ſeniore, & Margaretha Sabaudica natam. Quod ſatis clare patet ex SAM. GUICHENON Hiſtoria Sabaudica, qui omnia quæ ad ſucceſſionem Kyburgenſium Comitum ſpectat, fuſe tradit Tomo I. pag. 258. 259. ubi hæc verba leguntur:

„Marguerite de Savoye mourut ſans „enfans en 1283. bien que Guillaume „Paradin, Pingeon, & Wanderburch „lui donnent pour fille Eliſabeth de „Kyburg. Elle git à Hautecombe. „Par ſon teſtament elle fit héritier Phi„lippe Comte de Savoye & de Bour„gogne ſon frere. Le Comte de Ky„burg ſon mari mourut avant elle en „1264. & lui laiſſa les Terres de „Schems, de Windegg, de Baden, „& de Wenhaut. Henninges y ajou„te le Comté de Kyburg —— An„ne de Kiburg (que Munſter a mal „nommee Eliſabeth, niece d'Herman „le vieil Comte de Kibourg, préten-

„dit

„dit les Comtés de Kibourg, & de „Nidau, la Seigneurie de Fribourg & „autres Terres. Elle épouſa Eberhard „de Habsbourg Comte de Lauffen-„berg —— Il eut de grands differens „avec Marguerite de Savoye & par „conſequent avec Pierre Comte de „Savoye ſon frere, qui s'intereſſa de „maintenir cette Princeſſe, non ſeule-„ment dans les Terres que le Comte „de Kybourg ſon mari lui avoit bail-„lées, mais encore dans les autres dont „elle jouiſſoit par ſes droits.

Multa hic obſervari poſſent, circa litigia Comitum Sabaudienſium cum heredibus Domûs Kyburgenſis. Forſitan prima Regionis Vaudi occupandæ occaſio nata illis ex Capite dotis Margaritæ Sabaudicæ, de qua ſupra dictum eſt; ſed hæc non ad noſtrum argumentum pertinent. Redeamus ad Eberhardum, quem diximus reliquiſſe Hartmannum filium & heredem. Hic nupſit Comitiſſæ Friburgenſi, de qua noſter Mathias de Nuwenburg; matri Eberhardi & Hartmanni, quorum hiſtoria in noſtro Codice extat. Eberhardum natu minorem mater deſtinaverat vitæ religioſæ, documenta quæ apud nos extant, eum Capitularem Colonienſem, & Præpoſitum in Amſoldingen fuiſſe probant. Originem inimicitiæ inter fratres nemo præter Mathiam noſtrum narravit. Hartmannus, ut ſupra legimus,

mus, in caſtro Tune obtruncatur anno 1322. Cætera leguntur in Chronicis Helveticis. Reſtituimus itaque Genealogiam Comitum Kyburgenſium usque ad Eberhardum, primi Eberhardi ex familia Habſpurgica nepotem, non filium, ut plerique crediderunt. Primus hunc errorem ex monumentis hiſtoricis pro ea, quam in perquirendis medii ævi antiquitatibus ſæpe comprobavit, diligentia eruit Illuſtris à WATTENWYL, cujus Opus, Hiſtoire de la Confédération Helvetique, & Tabulas genealogicas ultimæ Editioni additas, evolvere operæ pretium eſt.

Extant apud nos fœdera duo, condita inter Bernenſes & Comitiſſam viduam de Kyburg, filiorum adhuc impuberum nomine; alterum anni 1301. alterum anni 1311. Ex his fœderibus conſtat, jam anno 1301. patrem Eberhardi & Hartmanni defunctum fuiſſe, cujus vidua, tutelam gerente *Urich à Thune*, Equite, nomine filiorum, nec non Cives oppidorum Thun & Burgdorf, cum Urbe Berna fœdus inierunt, in ſpatium 10 annorum duraturum. Alterum fœdus anni 1311. in annos 5 pactum, Jus etiam Civitatis Bernenſis transfert in eosdem Comites. Verbalia quæ initio Inſtrumenti extant ſic habent:

"Wir Frau Eliſabeth Gräffin von Ky„burg, Hartmannus und Eberhardus „von Kyburg Graffen, thuen kund al„lermänniglichen mit dieſem Brieff nun „und hernach, daß wir mit rath und „willen Herren Ulrichs, Herren von

„Thor-

"hTorberg, Ritters, unſer und unſer "Herrſchafft Pflegere, ſeind Burger wor- "den zu Bern in der Stat, als hienach "geſchrieben ſtaht:

"Bim erſten, daß Wir mit allen un- "ſeren dieneren, und mit allen denen, "die zur Herrſchafft hörend, heint globt "und ſeind gebunden deinen Burgeren "und der Stat Bern in Nüchtland, "und allen den, die zu Bern hörent, "zu helffen, zu rathen und zu ſchirmen, "wider allermänniglich als Jr Burger "von nun hin, unz zu der nächſten St. "Johannes Tag des Taüffern, und von "deßhin die nächſten 5. Jahr, mit dien "gedingen:

"Were, daß wir mit jemand krieg wollten anheben, darzu wir Hilff wollten "han, von den Burgern zu Bern, des "ſollten wir thun mit Jr Rath, beſche- "he aber daß da uns, old die unſerer "Herrſchafft hörint, alſ da vorſtaht, "jemand angriffe mit verzig old mit "krieg, da ſöllend die Burger von Bern "uns helffen, und ſchirmen als Jr Bur- "gere,

Digitized by Google

"gere, deßgleichen ſollen auch wir hin-
"wider ſein gebunden."

"Wir ſollen auch zu Bern weder Täll
"noch Steuer geben noch auch vor Ihr
"Schultheißen an Ihre Gricht recht
"thuen von des vorgenannten unſers
"Burgrechts wegen, klagte aber je-
"mand, werendt die von Bern ab uns,
"ſo ſöllen wir zu Bern am Gricht, old
"unſerem zwiſchen dem kläger und uns
"an zimmlicher Stat deme thuen min-
"nen old recht; wollten wir dera eint-
"weders thun, ſo ſolt ein Berner uns
"nit beholffen ſeyn gegen dienen in der
"Sach, und ſöllent doch zu Bern in
"unſerem Burgrecht bleiben.

"Darzu ſoll man wiſſen, daß alle die
"Ußburger der Stat Bern, und alle die
"freye Lüth, die uff Ihr Güter geſeßen
"ſeind, in unſer Graffſchafft ſollend blei-
"ben in der gewohnheit als Sie her-
"kommen, unbeſchwert, und geruhet,
"von der Landgraffſchafft, und von
"dem Gricht derſelben Landgraffſchafft,
"und ſöllen unſere Leüt die zu Bern in
"keinen

"leiten von der nächſten St. Johannis
"Meß hin, und da bleiben wollten,
"denne züchen mit Gericht, als Ihr
"recht und Ihr Handveſti ſtahet. ꝛc. ꝛc.

Et in fine Inſtrumenti hæc notari merentur:

"Es ſoll auch menniglichen wiſſen, daß
"wir Graff Hartmann und Graff Eber-
"hard von Kyburg die vorgenannten
"heind gelobt und geloben, wenn wir
"old unſere 14 Jahr alt wirdet, daß
"wir Burgrecht zu Bern ſchwören ſol-
"len den nechſten Monath, ſo wie ſie,
"old Sie uns darum mantind, das
"Burgrecht ſteths zu hann, in der ord-
"nung, und als da geſchriben ſtaht ꝛc. ꝛc.

Impuberes anno 1311. fuiſſe fratres Kybur-genſes ex hoc Inſtrumento patet; quod con-gruit cum narratione Mathiæ à Nuwenburg de Eberhardo, qui anno 1315. Bononiæ ſtu-diorum gratiâ degebat. Obſervari etiam de-bet nomen *Eliſabethæ* Comitiſſæ viduæ, unde forſan ortus error eorum, qui Uxorem Eber-hardi, heredem Kyburgenſis domûs, Eliſabe-tham quandam finxerunt. Mater enim no-ſtrorum puerorum, teſte Mathia à Nuwen-burg, quum fuiſſet ex Comitibus de *Friburg* orta; etiam hoc nomen facillime cum nomi-ne *Kiburg* ab amanuenſibus commutari po-tuit.

Reſtat ut errores circa fratres Kyburgenſes proſequamur. FUGGERUS in Hiſtoria Habsburgica Hartmannum, fratre Eberhardo interfecto, ſuperſtitem, Annæ Comitiſſæ Nidovienſi nupſiſſe, & ſeriem Comitum Kyburgenſium propagaſſe narrat. Utrumque ex Eberhardo I. & Eliſabetha Hartmanni ſenioris herede natum, errores erroribus cumulans, narrat.

Guillimannus rectius ab Eberhardo Hartmannum obtruncatum narrat, ſed rem geſtam male in annum 1332. collocat; & in ſerie Comitum omittit patrem eorum Hartmannum, quem ante annum 1301. obiiſſe probavimus. Uxorem Eberhardo II. Guillimannus & alii Scriptores attribuunt Berehtam de Buchegge; quod etiam refutare opus eſt. Uxorem Eberhardi II. fuiſſe ex gente dominorum de Signow, recte aſſeruit Clariſſ. à WATTEVILLE. Albertus vero Argentinenſis id in vita Berchtoldi à Buchegg, Epiſcopi Argentinenſis, comprobat. Cujus verba hic adſcribere opus eſt ex editione Urſtiſiana ſæpe laudata, ubi hæc occurrunt, initio Libri, pag. 167.

„Henricus Comes de Buchecke, Land„gravius in Burgundia ex filia Comitis „de Strasberg conjuge ſua hos reliquit „liberos; ſpectabilem Hugonem Co„mitem in Buchecke, Bertoldum Co„mendatorem & Provincialem Alle„manniæ, Ordinis Stæ Mariæ Theuto-

„nico-

„nicorum — Mathiam cuſtodem Mo-
„naſterii Marbacenſis, dominam in
„Klingen, olim Comitiſſam in Fri-
„burg, liberis carentem, *dominam in*
„*Sigenowe*, dominam in Munſingen,
„& Abbatiſſam in Frowenburne.

Pag. ſequenti hæc leguntur:

„Hic Mathias (de Buchecke) filiam ſo-
„roris ſuæ de Signowe, Eberhardo
„Comiti unico de Kyburg tradidit in
„uxorem, qui licet antea impotens cre-
„deretur, multos ex ea ipſa filios &
„filias procreavit.

Hic ſermonem eſſe de Eberhardo noſtro, fratricidâ, ſatis liquet. Conjugem ejus fuiſſe Dominam de Signow nec aliam poſtea eum habuiſſe uxorem, ſatis liquet. Unde igitur illa Berchta de Buchegge quam ei uxorem adfingunt Guillimanus & alii? Credere licet, errorem natum ex matrimonio illius filiæ de Buchegge, quæ Domino de Signow nupſiſſe dicitur ab Alberto Argentinenſi. Ex illo matrimonio Eberhardi II. Terra de Signow ceſſit in gentem Kyburgenſium Comitum, quam poſtea illi Bernenſibus vendiderunt.

Eberhardus II. circa annum 1361. obiiſſe dicitur. Eum jam tunc e vivis exceſſiſſe probat Inſtrumentum venditionis, quod apud nos aſſervatur, ubi Mathias filius Ulrici de Signow conſentiente Cognato ſuo Hartman-

nio Comite de Kyburg ſe contraxiſſe teſtatur; cognationis titulus in Inſtrumentis illius ævi vulgaris, idiomate germanico *Obeim*, in uſu erat, quod nunc patruum ſignificat, tunc vero qualemcunque cognatum. De quo vide Gloſſaria varia germanica, præcipue *Fritſchium*.

De filiis Eberhardi II. Kyburgenſis, quos multos genuit, de Rudolpho patris herede, qui Annæ Nidovienſi Comitiſſæ nupſit, de bellis Eberhardi II. & filiorum cum Bernenſibus, multa occurrunt in Chronicis noſtris quæ hic enarrare noſtrum non eſt. Comitatus Thun & Burgdorfum, item Landgraviatus Burgundiæ, qui anno 1314. a Leopoldo Auſtriæ Duce ex Gente de Buchegge ad Comites Kyburgenſes tranſiit., omnes hæ terræ & ditiones variis pactis & emptionibus in poteſtatem Bernenſium tranſierunt; annuente divino Numine, & virtute bellica cum prudentia juncta, crevere opes noſtræ Reipublicæ; ſic olim Reſpublica Romana non minus per fœdera cum vicinis gentibus aucta eſt, quam vi armorum.

Miſcellanea hiſtorica à Bongarſio *collecta.*

139\. fol. Collectio variorum, ad hiſtoriam germanicam; continens hæc:

1\. Joh. Sambuci Laudatio funebris Maximiliani II.

2\. —— ejusd. Exhortatio ad Victoriam Epirotico mari partam Id. Decemb. 1571.

3\. Joh.

3. Joh. Sambuci carmina in obitum Maximiliani II.

4. Proteſtation der Chur- und Reichsfürſten augſpurgiſcher Confeßion wegen der Beſchwerden der Evangeliſchen zu Regenſpurg eingegeben den 13. Augſt 1594. cum Notarii ſubſcriptione.

5. Copia des von Röm. Kayſ. M. an beyde ausſchreibende Fürſten des Oberrheiniſchen Crayſes gethanen Schreibens de 21. Febr. 1612. wegen Anſtellung eines Reichstags.

6. Schreiben Friderichs Herzogen von Würtenberg an die Fürſten des ſchwäbiſchen Crayſes, wegen geſuchter Hülf von Seiten Kayſerl. Maj. 2. May 1601.

7. Copia der beeden ausſchreibenden Fürſten des oberrhein. Krayſes Schreiben an Herzog Johann Pfalzgrafen de 15. Martii 1602. Ankündung des Krayßtags zu Worms.

8. Schreiben Kayſer Rudolfs an die von Ulm de 5. Maji 1600. wegen Durchzugs einiger Völker durch ihr Gebiet.

9. Kayſerl. Propoſition auf dem Reichstag zu Regenſpurg den 21. Martii 1613. publicirt

publicirt wegen des Türckiſchen Kriegs ꝛc. ꝛc.

10. Memorialia wegen den Streitigkeiten zwiſchen dem fürſtl. Hauß Mecklenburg und denen Herzogen von Jülich, auf gleichen Reichstag ſamt Beylagen.

11. Bitt und Begehren des niderrheiniſchen Weſtphäliſchen Krayſes, Ihnen der Kriegsunruhen halber eine beſtändige Hülf zu bewilligen; auf gleichem Reichstag, zu Regenſpurg.

12. der kayſerl. Maj. Reſolution auf der Churfürſten und Stände des Reichs Bedenken über die kayſerl. Propoſition des Ungariſchen Kriegsweſens halber; auf gleichem Reichstag.

13. der Reichsſtände Bedenken über kayſerl. Propoſition wegen des niderländiſchen Kriegs ſamt kayſerl. Majeſt. Schlußſchrift über beyde Punkten; auf gleichem Reichstag.

14. der Reichsſtände Erklärung über kayſerl. Propoſition 4. u. 5ten Punkten, ſamt Concluſo kayſerl. Maj. Commiſſarii darüber; auf gleichem Reichstag.

15. Sup-

Diximus ſupra, ad Froiſſardi Codicem, de milite illo, *le Moyne de Baſele*, qui ex eadem gente cum Burchardo Munch certe fuit. Patet ex ejusmodi exemplis, Hiſtoricos Franciæ circa Nomina propria exterarum Gentium plerumque erraſſe.

Sic ſub annum 1414. occurrit narratio Monſtreleti de obitu Ladislai Neapolitanorum Regis, Caroli Durrachini filii, quem ille *Lancelot* appellat.

Monſtreletus hiſtoriam ſuam ab anno 1400. ubi Froiſſardus deſinit, orditur. Notari debet, Codicem hunc Monſtreleti eadem manu exaratum videri qua Codex de quo ſupra,

Digitized by Google

titulo *la fleur des hiſtoires*, & ad eandem hiſtoriarum collectionem pertinere videri. Cohærent enim inter ſe ordine narrationis, & quaſi corpus hiſtoriæ gallicæ efficiunt. In Codice noſtro occurrit narratio de obſequiis Caroli VII. quæ deſumpta videtur ex Joh. Chartier Hiſtoria, quam edidit Godefredus Paris 1684. fol.

N.

Normannorum Chronica. **Vide ſupra *Guilelmum de Nangis, & Dudonem.***

P.

A. 36. **Codex chartaceus, olim Theod. Zwingeri** *XVI.* Baſil. fol.

Baptiſtæ Sacchi Cremonenſis, vulgo Platinæ, Hiſtoria urbis Mantuanæ.

Præmittitur vel annexa eſt Epiſtola *Gaudentii Merulæ*, Eruditi Mediolanenſis, ad Joh. Oporinum, cui hunc Codicem mittebat, ut eum typis ederet. Autographa eſt haud dubie. Hoc opus olim, Seculo nempe proxime elapſo ediderat P. Lambecius, Clarus Bibl. Vindob. Præfectus, ex Codice Cæſareo; recuſum fuit volumine IV. Scriptorum Italicorum Burmanni & Grævii, fol. ubi vide, quæ de Babtiſta Platina, & hoc opere, quod jam olim Conr. Geſnerus in Bibl. univerſali Joh. Oporinum editurum eſſe prodidit. Codex noſter nitidiſſime, absque ullis lituris exaratus eſt.

Digitized by Google

Num.	R.	Seculi.
575. 8vo.	Codex membran. hoc titulo:	XII. aut XIII.

Incipit Cronica Magiſtri Ricardi Pictavenſis de diverſis libris hiſtoricis collecta.

Præcipuas rerum humanarum converſiones per ſeriem Principum, qui Judæis primum, dein Perſis, hinc Græcis Romaniſque ac Francis præfuerunt, ad annum uſque 1161. deduxit: haud concinno ubivis ordine ac nexu. Argumento eſſe poſſunt, quæ de miſeris Paleſtinæ Syriæque fatis ad annum 1137. expoſuit. Nam cum inter alias à Turcis in Chriſtianos poſt captam Edeſſam exercitas crudelitates hanc quoque flens quaſi enarraſſet, quod corpus beati Thomæ Apoſtoli Gentilium contactu eſſet pollutum, occaſionem hinc ſibi fecit Indiæ deſcribendæ, ex qua in Taprobanem Inſulam, indeque ad Ichtyophagos divagatur, ac poſt emenſum demum tantum itineris ſpatium ad fata Paleſtinæ narranda revertitur. Finem operis claudit Friderici I. anno 1161. facta in Italiam contra Mediolanenſes expeditio. Eorum vero, quæ ab anno 754. ad finem fere in hoc Chronico memorantur, magna pars tam accurate cum iis, quæ è Colbertino Codice ediderunt Martene & Durand Collect. ampliſſ. Tom. V. p. 1159. conſpirare deprehenduntur, ut alterum ex altero deſcriptum Opus videatur. Sunt tamen in utroque opere complura, quæ in altero deſideres; paſſim quoque diverſus narrationis ordo.

Speciminis gratia hæc excerpta edimus:

Ex Richardi Pictavienſis Chronico. 575.

„Conſtantinus autem moritur Nicho-„medię, cum eſſet annorum LXV & „cometha paullo ante mortem ejus „apparuit. Reliquit tres filios, Con-„ſtantem in urbe Roma, Conſtantium „in urbe Conſtantinopoli, quæ ſecun-„da Roma vocatur, Conſtantinum in „Antiochia Imperatores. Conſtantius „cum Conſtantino & Conſtante fratri-„bus imperat annos XXIII. Hoc tem-„pore reliquiæ Andreæ & Lucæ Evan-„geliſtę & Thimothei Conſtantinopo-„lim cum magno honore ſunt recon-„ditę.

& infra:

„Julianus Apoſtata tercius a Conſtan-„tino Magno ſolus imperat ann. II. „hic ex Clerico primum factus Ceſar „a Conſtantio poſt mortem ejus Im-„perator efficitur & in ydolorum cul-„turam conjicitur; martiria Chriſtia-„nis infert, callidior ceteris perſecuto-„ribus, non vi neque tormentis ſed

„pre-

„premiis & honoribus majorem po-
„puli partem quaſi pulſaſſet atrociter
„expugnavit. Nam maliciȩ cingu-
„lum & procurationem provinciarum
„& officium Juris dicendi Chriſtianis
„cenſuit non debere committi. Hac
„tempeſtate de Arrianâ ħereſi pullula-
„vit *Eunomiana* quæ perhibet filium
„patri eſſe diſſimilem per omnia, &
„conatur eum non eſſe factorem ſed
„creaturam. Demum *Macedoniana*
„hereſis quȩ affirmat ſimilem quidem
„patri filium eſſe; ſanctum vero ſpiri-
„tum cum patre & filio nihil habere
„commune. *Julianus* vero dum in
„odium Chriſti templum in Jheroſo-
„lymis Judeis reparare permiſiſſet &
„ex proprio cenſu expenſas eis tri-
„buens *Criſtianiſmum* ita volebat abo-
„lere. Itaque ex omnibus provinciis
„Judei collecti cum fundamenta jace-
„rent, ſubito nocte ab orto terrȩ mo-
„tu ſaxa ab imo fundamento excuſſa
„longe lateque ſparſa ſunt, igneusque
„globus ab interiore templi egreſſus
„proximos eorum ſuo flagravit incen-
„dio.

Digitized by Google

„dio, quo terrore aliqui pavefacti
„Chriſtum fatebantur inviti, & ne hoc
„caſu crederent factum eſſe ſequenti
„nocte in veſtimentis omnium ſignum
„crucis apparuit. Hic adeo (Julianus)
„refuga omnem morem Chriſtiano-
„rum lectores ſuæ ſuperſtitionis ad in-
„ſtar Clericorum in fanis Ydolorum
„conſtituerunt ubi - - - - ſervarent
„ſibi horas certas & dies & orationes
„ſolempnes omnemque modum Eccle-
„ſiaſticum, *Xenodochia*que ad ſuſci-
„piendos hoſpites & peregrinos ſuę
„ſuperſtitionis inſtituit. Peccantibus
„ſecundum traditionem noſtram peni-
„tentiam ſuſtinere juſſit. Hic & alia
„juxta diſciplinam Eccleſię templis y-
„dolorum inſeruit, prohibuit & Chri-
„ſtianos Grecorum doctrinas & eorum
„lectionibus erudiri dicens non debe-
„re eos armari libris gentilium. Hic
„contra Parthos bellum parans, poſt-
„quam a Cteſiphonte bellum movit,
„exercitus multo langore vexatus ac
„Solis ardore & harenarum labore
„confectus eſt. Quo periculo Julia-
„nus

„nus anxius dum per deſerta vaſta va-
„gatur *ab obvio* quodam milite per-
„cuſſus interiit. Aliqui hunc Sanctum
„*Mercurium* Martyrem fuiſſe autu-
„mant, a matre Chriſti in ejus interi-
„tum miſſum. Verum in vita S. Ba-
„ſilii Ceſareę Capadocię urbis Archie-
„piſcopi legitur, quod accepto letali
„vulnere ſanguinem proprium ſpar-
„gens in aëra fertur exclamaſſe: *Vi-
„ciſti Galilee, viciſti.* Sic enim Chri-
„ſtum vocare ſolebat; & Chriſtianos
„Galileos; cum hac blaſphemia vitam
„cum ſanguine fudit.

Aliud:

„Lodovicus Karoli (Magni) filius im-
„perat ann. XXVII. adhuc imperante
„aput Byzantium Leone Imperatore.
„Dominus Ludovicus poſt patris ne-
„cem primo legatos qui ad patrem
„undequaque venerant abſolvit & alios
„ad patrem venientes ſimili modo ſuſ-
„cepit. Juſſit autem dominus Impe-
„rator fieri Regulam Canonicis de di-
„verſis Patrum ſententiis excerptam,
„ut

Digitized by Google

„ut ſicut Monachi reſpiciunt ad Re-
„gulam Sci' Benedicti Sic - - perle-
„gunt *Cleri* librum Vitæ Clericorum.
„Operis hujus autor extitit Amalerius
„Diaconus qui & librum de officiis &
„nonnulla alia contexuit. Congrega-
„vit autem Synodum Ludovicus ubi
„Abbates Regni ſui convocavit, &
„multa utilia eisdem pręcepit, admo-
„niciones S. Benedicti tenerent, & ut
„minus quam ſex Monachi in una cel-
„la non morarentur ab eodem robo-
„ratum eſt. Poſuit quoque omnes Ab-
„bacias in manu ſuâ, ut nemo Comi-
„tum vel Epiſcoporum eas inquietare
„poſſet.

Et paullo infra de eodem:

„Hic autem ſciendum quod idem piiſ-
„ſimus Imperator conſilio Epiſcopo-
„rum & Optimatum ſuorum ea quę
„contra Bernardum nepotem ſuum &
„circa Adelardum abbatem geſta ſunt
„ei ſua reſtituendo publica luxit pę-
„nitentia & confeſſione egit & recon-
„ciliatus eſt fratribus ſuis quos invitos
„tondi juſſerat.

Aliud

Aliud excerptum.

„Lodovicus junior Francis prefuit an-
„nis XXIV. Hic conſenſu & vo-
„luntate patris ſui Lodovici duxit
„uxorem apud Burdegalam Alienor
„filiam predictam Willelmi Aquitano-
„rum; unde cum Rex eſſet Francię
„Dux Aquitanie appellatus eſt, pro
„eo quod prefatus Dux Willelmus
„ſine filiis mortuus eſt. Eodem tem-
„pore Gaufredus Comes Andegaven-
„ſis contra Stephanum Regem Anglię
„qui regnum Anglię male uſurpaverat,
„Normanniam vaſtabat & ſibi ſubju-
„gabat, quamque tunc ſubjugare non
„potuit, tamen per annos aliquot con-
„ſenſu regis Francorum totam adqui-
„ſivit, nam & ipſe Regnum Anglię
„quaſi heres habere preoptat, utipote
„qui filiam Henrici regis Anglorum
„unicam accepit in conjugio. Illa ta-
„men fama publica Andegavenſibus
„habetur, quod fuit parciſſimus & ſu-
„perbus, multum ei ad adquirendum
„regnum nocuit. Hic filium ſuum
„Henricum natu majorem ad erudien-
„dum

„dum tradidit cuidam philoſopho *Pe-*
„*tro anctonenſi*, qui in cunctis ita
„inſtructus erat ſuper omnes coheta-
„neos ſuos ſicut his verſibus compro-
„batur quos de excidio Trojæ com-
„poſuit:

„Viribus, arte, minis Danaûm data
Troja ruinis"
„ & cetera.

„Hugo de S. Victore vitâ philoſophus
„Pariſiis obiit. Vir præclari ingenii
„& in *quadrivio* doctiſſimi, divinarum
„Scripturarum tantam autem ſcien-
„tiam habuit & memoriam ut nulli
„ſui temporis ſecundus exſtiterit. Re-
„liquit autem ad monumentum ſui
„Scripta plurima: liber de Sacramen-
„tis, de Eccleſiaſte, de Archa Noe,
„liber qui intitulatur *Didaſcalicon*, &
„alia nonnulla opuſcula valde utilia.
„Sequenti anno *Petrus Balaardus* pe-
„ripateticus doctor formoſiſſimus &
„vitâ philoſophus Abbas prius poſtea
„*Cluniac* monachus Cabilonis moritur,
„& in Baſilica B. Marcelli Martyris ſe-
„pelitur &c.

„Non

„Non poſt multos vero dies Fulco „Rex Jheroſolymarum dum leporem „ſequitur precipitatus equo morte ſu„bita moritur, poſtquam *Baudoinus* „puer filius ejus in Regem Jheroſoly„mitarum promotus eſt.

Richardi Pictavienſis Chronicon, idem cum noſtro, ſæpius exſtat in Bibliotheca Vaticana, teſte Ben. de Montefalcone, Bibl. Bibl. Pariſ. 1739. pag. 17. & pag. 20. & in Colbertina N°. 6213. vide eundem, pag. 1013.

S.

367. 4to. Codex membranaceus, olim Bongarſii, hoc titulo: *XIII.*

Cronica Sigeberti compilata ex dictis Proſperi, Jordanis, & Gregorii Turonenſis.

Hoc Chronicum edidit inter Scriptores rerum Germanicarum Joh. Piſtorius, Francof. 1583.

Varias lectiones ex noſtro Codice margini editionis Piſtorianæ adſcripſit Bongarſius; obſervavimus autem deeſſe in noſtro Codice varia, quæ in edito reperiuntur.

Notum eſt, Sigebertum Gemblacenſem deſinere in anno 1112. Huic ſubjunctus eſt appendix S. Anſelmi Abbatis Gemblacenſis, quem edidit cum Chronicis Euſebii, Hieroni-

Digitized by Google

mi & Sigeberti Aubertus Miræus, Antwerp. 1608. Appendix vero noſtra procedit uſque ad annum 1150. 4°., quum Anſelmius in anno 1136. deſinat.

Ad annum 1112. ubi Editio Piſtorii tantum hæc habet: „Sigebertus Gemblacenſis „Monachus deſcriptor præcedentium „in hoc libro temporum obiit, cui „nos illa quæ ſequuntur fideli narra„tione ſubjunximus.

Codex noſter ſic habet:

MCXIII. „Dominus Sigebertus vene„rabilis Monachus Gemlacenſis Cœ„nobii vir in omnium ſcientia litera„rum incomparabilis ingenii deſcrip„tor præcedentium in hoc libro tem„porum III. Nonas Octobris obiit, „qui etiam librum illuſtrium virorum „& multa utilia doctrine & librorum „monimenta nobis reliquit. Domi„nus Abbas Lietardus II. Nonas Febr. „obiit cui Anſelmus VIII. loco in „Gemlacenſis Cenobio ſuccedit.

Sub anno 1137. hæc habet noſter.

„Anſelmus octavus Abbas Gemblacen„ſis Cenobii moritur qui adhuc vivens

„etſi

Digitized by Google

"etſi corpore invalidus tamen erga Dei
"cultum & ſcripturarum exercitia erat
"ſtrenuus. Hic Cronicam iſtam a fine
"Cronice a Sigeberto venerabilis Gem-
"blacenſis Eccleſie Monacho deſcripte,
"ad hunc uſque annum perduxit &
"viſa vel a fidelibus relatoribus audita
"poſterorum notitie dereliquit. Diſ-
"cordie malum quam perniciosum ſit
"omnibus plus jam noſtris tribulatio-
"nibus . . . . diſcimus quam in Co-
"dicibus legimus. Cum enim Mona-
"chi cum oppidanis, oppidani cum
"Monachis non concordarent in ſub-
"ſtituendi Abbatis Electione ad huc uſ-
"que proceſſit malum diſcordie ut dux
"Lovanienſis & Comes Namurcenſis
"rupto pacis federe hoſtiliter inter ſe
"concertarent multo tempore. Erat
"autem cernere miſeriam & omnium
"depredationem violentiſſimam, ho-
"micidia ſepiſſime fieri, villas cum
"habitationibus concremari &c. &c.

Sic vero in anno 1150. clauditur opus noſtrum:
"Daci & Weſtphali ac Saxonum du-
"ces conſenſerunt in hoc, ut aliis eun-

"tibus Jeroſolymam contra Sarracenos "ipſi vicinam ſibi Sclavorum gentem "aut omnino delerent, aut cogerent "Chriſtianos fieri. Et cum jam ad ar- "ma ex utraque parte ventum fuiſſet, "Teutonici accepta pecunia vendide- "runt Dacos ceptoque prelio ſe ſub- "trahentes multa milia Dacorum Scla- "vorum acciderunt gladiis.

Erraſſe videtur Bongarſius in hac appendice, nec obſervaſſe, diverſum omnino eſſe opus ab appendice illa Roberti Abbatis de Monte, quæ poſt Sigebertum adjuncta eſt in editione Piſtoriana. Alias non laboraſſet in adſcribendis varietatibus Codicis noſtri margini exemplaris editi. Subjuncta eſt huic Chronico Appendix, ſ. Continuatio alia, quæ paucorum tantum annorum res geſtas continet, præcipue vero de geſtis Pontificum & hiſtoriâ Eccleſiaſticâ tractat; ea autorem videtur habere Religioſum ſ. Monachum quendam. Abrumpitur narratio in folio 23. his verbis deſinens:

"Rex Stephanus & Matillis uxor ſua "fundarunt Monaſterium Theſaures- "ham in Cancia, eique Clarembal- "dus ———

Præfatio operis inſtitutum autoris exponit; qui recenſet varios Chronicorum Scriptores, incipiens a Hieronimo, his verbis:

Digitized by Google

"Jheronimus Eccleſiæ doctor inſignis
"vir fere omnium conſcius literarum.

Dein hæc habet;

"Verſantur in hoc Oroſius, Iſidorus
"& Beda, & alii, quos enarrare lon-
"gum eſt. Etatis quoque noſtre quam-
"plurimi ſapientes labore hujusmodi
"prodeſſe preſentibus & cœtaneis cu-
"raverunt. Inter quos magiſter *Hugo*
"Canonicus S. Victoris Pariſienſis fe-
"re noviſſimus floruit, qui ab inicio
"naſcentis ſeculi uſque ad tempus In-
"nocentii Papæ II. & chriſtianiſſimi
"Regis Francorum Ludovici ſeriem
"temporum digeſſit, & variationes re-
"gnorum ſuccincta narratione com-
"plexus eſt. Secutus eſt eum *Sige-*
"*bertus Jamblenſis* Monachus, qui ab
"anno primo Valentiniani & Gratiani
"telam narrationis ordiens eam per-
"duxit uſque ad *Concilium Remenſe*,
"quod tempore jam dicti Ludovici Re-
"gis Francorum celebratum eſt Con-
"rado regnante in Alemannia anno
"dominice Incarnationis MCXLVIII.

Digitized by Google

„Verum . . . Cronicum alicujus li-
„brum non potui repperire licet ali-
„quas rerum memorabilium ſubnota-
„tiones in archivis Eccleſiarum inve-
„nerim, quę poſſint ſi qui forte ſcri-
„pturi ſunt eorum diligentiam adju-
„vare. Sed nec ea quę ſub præfato
„Pontifice geſta ſunt memoratus retu-
„lit Sigebertus, tacuit enim plura me-
„morabilia digna relatu vel quia ad
„ipſius non pervenere notitiam vel
„quod ab iis præpeditus eſt cauſis,
„fuit tamen ſollicitus multorum per-
„currere monumenta regnorum, ſed
„in his amplius & diligentius ſtuduit
„immorari, quæ ad ſuos Teutones per-
„tinere noſcuntur. Quorum & favo-
„re Cronicis ſuis nonnulla inſeruiſſe
„viſus eſt, quæ videntur Eccleſiæ Ro-
„manæ privilegiis obviare & Sancto-
„rum traditionibus Patrum. Unde vo-
„luntati tuæ Dominorum amicorum-
„que Kariſſime libentius aquieſcens
„*omiſſis aliis* ea quæ ad Pontificalem
„hiſtoriam pertinent prout præcipis
„Dei gratia præeunte perſtringere cu-
„rabo. & paulo

& paulo infra hæc:

„ut itaque mi *Petre* cui ſicut Apoſtolo „futuræ virtutis preſagio quodam a „fidei ſoliditate, nomen inditum eſt, „*Cronicis Sigeberti* narratio noſtra „continnari poſſit, a *Coneilio Remenſi* „in quo ille ſuam finit ordimur no„ſtram ſubtexentes ea quæ ab illo con„ſtat fuiſſe preterita & Eccleſiaſticis ne„gotiis adminiculari poſſe creduntur.

Patet, quisquis fuerit hujus Continuationis autor, erraſſe in anno, quo Sigebertum deſiiſſe tradit; in anno enim 1112. deſinit, ut ſupra diximus.

281. fol. Codex chartac. Foliorum XXXIX. *XVI.*

hoc titulo:

Croniques de Gennes faictes & compoſées en françois par Alexandre Sauvaige de nacion Gennevoiſe (Genoiſe) à la Requeſte du Sire de Champdenier pour lors Gouverneur du dit Gennes ſoubs tres hault, tres puiſſant & tres excellent Prince Loys douziesme Roy de France.

Digitized by Google

Opus hoc anecdotum, de quo ne verbum quidem Bibliographi habent, in Capita diviſum eſt, quorum titulos exhibemus.

Chap. 1. ſans titre. Ubi de prima gentis origine & Urbis fundatore, quem aliqui *Janum* fuiſſe dixerunt; conjectura a nomine urbis quæ *Janua* diceba- tur, orta. Hanc opinionem tueri dicit *Jacobum de Varaige*, Archiepiſcopum Genuenſem, in Chronico ſuo. Solinum citat, qui hæc habet: *Quis neget vel dictam vel conditam à Jano Janiculam, à Saturno Saturniam.* Noſter vero huic opinioni rite adverſatur, & Solinum heic de monte Janiculo, urbis Romæ, non de *Jănua* vel *Genua* urbe loqui recte notat.

Chap. 2. Comment & en quel tems la Cité de Gennes commença a etre nommee Arcevefché.

Chap. 3. Comment le Saint Greal autre- „ment nommé le *Cadin* eſtant en l'E- „gliſe Sainct Laurent de Gennes fut „conquis. Ubi hæc leguntur:

„Deux ans apres qui fut lan mil cent „& ung eſtant les Gennevois en Surie „au ſecours de Bauldoyn Roy de Jhe-

„ruſalem

Digitized by Google

„ruſalem frere de Godefroy de *Bilbon*
„au Siege de Ceſaree Paleſtine avec-
„ques ſix grans Carraques vingt ſix na-
„vyres & pluſieurs gallaires & icelle
„les dits Gennevois prenans d'aſſault
„par la diligence de Meſſire Guillaume
„*Chef de de Mail*, & miſe a ſac, fut
„dict que le Treſor & despoille d'icel-
„le ſeroient departies en deux pars.
„La premiere parviendroit aux Gen-
„nevoys qui en auroient l'eslite a la
„louenge de leur franchiſe —— & la
„ſeconde au dict Empereur Baudoyn.
„Parquoy les Gennevoys pour leur
„porcion ne voullurent autre que ung
„*Cadin* quon appelle Sainct Greal de
„pierre d'Aymeraulde de non pareille
„beaulté au monde & d'ineſtimable
„prix, de laquelle Aymeraulde eſt di-
„verſement parlé. Aucuns diſent eſtre
„le plat ouquel noſtre Seigneur fiſt la
„Seyne aux Apoſtres, eſtimant ce eſtre
„a cauſe de l'incomprehenſibilité de la
„valeur d'icelle. Laquelle exede tou-
„te œuvre humaine. Les autres dient
„eſtre le plat ouquel le Roy Artus en-

„tre ſes grans Ceremonies avecques
„ſes Compaignons de la Table ronde
„ſoulloient religieuſement prendre ſes
„Repas, Icelluy appellent Saint Greal,
„lequel vaiſſeau fut conquis es terres
„des Moriens & au Royaulme de Thu-
„nis. Moy uſant de lauctorité de Meſ-
„ſire Nycolas de Brignel homme de
„ſinguliere vertu, dilligent indagateur
„de ceſte hyſtoire laquelle doctement
„il a eſcript, dict le dit vaiſſeau eſtre
„l'un de ceulx qui eſtoyent au Tem-
„ple de Jeruſalem, lequel a lire Joſeph
„fut de ceſte hiſtoire ſera notoire com-
„prendre de quelle richeſſe fut le dit
„Temple & meſmes de tels vaiſſeaux,
„& icelluy eſtre emporté a la deſtruc-
„tion de Jeruſalem. La prinſe duquel
„par le lieu ou il eſtoit cette hiſtoire
„fait plus vraiſemblable.

Chap. 4. Comment & quelles victoires ont eues les Gennevois,
ubi de victoriis Genuenſium contra Sarracenos, Piſanos & Venetos, uſque ad annum 1284.

Chap. 5. Des dommaiges & fortunes des Genevoys.

NB. Sequentes annotationes jam olim gallice deſcripſeram.

Dans

Dans ce Chapitre l'auteur parle des differens changemens arrivés dans la forme du Gouvernement de Gennes, ou il s'accorde aſſés avec l'hiſtoire de Gennes par Ubert Folieta.

L'auteur met plus tard que celui-ci, l'origine des Factions Guelphes & Gibelines à Genes; Ubert Foliete les faiſant commencer en 1265. & notre auteur ſeulement en 1294. en quoi il paroit ſe tromper, puiſque les Grimaldi & les Fieſques qui appellerent pour gouverner l'Etat de Genes le Roy Charles de Sicile, étoient deja à la tête du parti *Guelphe*, pendant que les Dorie & les Spinola faiſoient le parti *Gibelin*.

Sur l'année 1329. (on doit lire 1339. voiez Ubert Foliete.) l'auteur décrit la revolution où fut créé le premier Duc ou Doge de Gennes, de la façon ſuivante:

„Lors fut creé Duc de Gennes un po-„pulaire Gebelin nommé Symon Bou-„chenoire, & dit que nuls Guelphes „ne pouroient eſtre Ducs & fut creé „le dit Bouchenoire en ceſte maniere. „En la ſublevacion des dits populans „toute la cité & pareillement les val-„lées du pays a lenvyron ſe misdrent „en armes a lencontre des Cappitaines „& devés entendre que ladite Ville ſe „gouvernoit par deux Capitaines Gen-„tilshommes & par ung Abbé Lay du „peuple.

Digitized by Google

„peuple. Or eſtant en ceſte tumulte „la cité & tout le peuple aſſemblé au „palais ſans bonnement ſavoir quils „voulloient, ainſi que naturellement „ſont tous vulgaires, nasquit ſoudaine- „ment une voix dun Sot indirecte qui „diſt, ſoit Simon Bouchenoire Abbé, a „laquelle tout le peuple s'arreſta mais „de ce n'eſtoit content le diſt Bouche- „noire, & fiſt ſon effort sen excuſer & „aucuns cognoiſſans quil faiſoit le „reffus a cauſe de ne voulloir accepter „ſi petit titre au moien de quoi incon- „tinent fut crié a haulte voix: Meſ- „ſire Symon Bouchenoire Dux & Sei- „gneur de Gennes; a laquelle voulen- „tiers conſentit icelluy Bouchenoire; „& lors ſoubdain furent desmys les „Capitaines & Gentilshommes du „Gouvernement & eulx avecques tous „les Gentilshommes de Guelphes ban- „nis & dechaſſés & en ceſte maniere „furent rendus tous les chateaux de la „Seigneurie de Gennes au dit Duc. „Mays certain tems après les Gentils- „hommes qui mal eſtoyent traictés fi- „rent

Digitized by Google

„rent grant amas de gens de guerre &
„avec aulcuns de leurs amis du peu-
„ple vindrent juſques aux murailles
„de la Ville. Dequoi craignant le Duc
„fut content ordonner que au gouver-
„nement de Gennes on remettroit ſix
„Gentilshommes & ſix Populaires
„comme auparavant a quoy les dits
„Gentilshommes ſe accorderent par
„tel convenant que l'on mettroit hors
„de Gennes huyt cens hommes de
„guerre qui y etoient. Ce que voiant
„le Duc ſe partit du palais du dit Gen-
„nes & ſe retira a Piſe, & lors les
„Gentilshommes furent remis en leur
„Eſtat. Et fut creé Duc ung nommé
„Jehan de Meurle bon & paiſible hom-
„me qui en la dignité & honneurs de
„Duc mourut.

L'auteur aiant raconté la mort de Pierre Fregoſe, qui avoit remis Gennes au Roy Charles VII., il parle de Meſſire de Laval Seigneur de Chaſtillon qui fut établi Gouverneur de Gennes au nom du Roy de France, qui quelques années après, par traité, fait avec François Sforce Duc de Milan, remit à ce dernier la Seigneurie de Gennes. Notés que l'auteur dit au Sire de Champdenier à l'occaſion

Digitized by Google

l'occaſion de ce Sire de Laval Gouverneur de Gennes:

„Fut icelluy de Laval Chevalier de ſin„guliere vertus & hardieſſe en toutes „ſes œuvres plain de ſens de courai„ge &c. &c. ſous lequel mon très re„doubté Seigneur avés prins la doctri„ne des nobles vertus quelles ſi noble„ment en vous habondent.

„Les Genevois ſe revolterent en 1478. „contre le Duc de Milan qui étoit „alors, après la mort de ſon Pere Ga„leace, fils de François Sforce, & ſous „la tutele de ſa Mere Bonne de Sa„voye, encore enfant, nommé Jean „Galeaſſe; ils prirent pour leur chef „d'armée *Robert de St. Severin* grant „Capitaine & expert au faict de la „guerre qui pour lors eſtoyt en Aſt „dechaſſé de Milan lequel vint ou ſer„vice des dits Genevois.

L'Armée des Milanois étoit de 30000 Combattans; les Genois marcherent à leur rencontre avec tout ce qu'ils purent raſſembler de monde: voicy ce que l'auteur raconte du combat, où les Genois obtinrent la victoire:

„Lors

„Lors hommes & femmes prindrent „les armes a l'encontre des dits Lom- „bards, &c. &c. Memorable choſe „eſt a dire que voyant le dit Robert „de S. Severin venir une bande d'Al- „lemans a l'encontre de luy leſquels „ou la pluſpart d'eulx auparavant l'a- „voyent ſervy en ſes guerres, miſt ſon „Eſpee en la gaine & tout ſeul alla de „les eulx & de plaine face leurs re- „monſtra comme en tout tems leurs „avoit eſté Cappitaine & Pere, en re- „compenſe de quoy il eulx requeroit a „ce ceux lui vouloir rendre les guar- „dons de tant de bienfaits, auxquel- „les parolles ſe tournerent les dits Al- „lemans a l'encontre de leurs propres „& ſuyvirent le dit Robert.

Une autre circonſtance de cette bataille non moins ſinguliere eſt la ſuivante:

„Glorieuſe choſe ſera dire des Gene- „voys que le pluſpart des Millanoys „priſonniers fuſt des femmes de Gen- „nes & telle ſeulle a ſa part eut cinq „hommes de pris.

„Fut ceſte bataille l'an 1478.

Digitized by Google

Baptiſte Fregoſe, ſoutenu par les Milanois reprit quelque tems après la Ville de Gennes, & la gouverna pendant 5 ans. La plus grande partie de la Nobleſſe tenoit le parti des Milanois & contribua à y établir le nouveau Duc Fregoſe. Notre auteur parle de ſes qualités & dit qu'il fut *de ſinguliere ver-* „*tu*, *ſens & prudence*, *grand Clerc &* „*lettré*, comme il apparut par les bel- „les œuvres quil a faites. Car a l'age „de 22 ans il parfait lœuvre de *Ante-* „*ros* qui vault autant a dire comme *a* „*lencontre d'amour* ou deja en icelluy „an il monſtra la longue leçon de ſon „eſtude meſmes en philoſophie & poe- „terie, au apres fiſt lœuvre des noms „des lieux, ceſt aſſavoir qui puis an- „ciennement en tout le monde ont „changé leur nom, & à parfin a com- „poté lœuvre des dits & faits memo- „rables a limitation de Vallere le Grant, „certes ſi loiſible eſt dire en toutes „choſes non moings belle d'icelle.

Après avoir rapporté l'expédition de Charles VIII. en Italie, & la reddition de Gennes à Louis XII., ainſi que la Conquête des Milanois, & la priſon de Louis le More, l'auteur finit par la derniere Revolte de Gennes contre Louis XII. en 1507. & l'élection que fit

fit la populace d'un Teinturier, nommé *Paul de Nove*, pour Duc, enfin la Conquête que fit le Roy Louis XII. en perſonne, de cette Ville, qui ſe rendit en implorant ſa clèmence; ce Prince fiſt publiquement brûler tous leurs privilèges, *& puis de ſa liberalité de nouveau leur donna à peu près tels privileges comme paravant, & receut chacun a pardon & pour plus grant eſtabliſſement & ſeureté de la dite Ville fiſt faire un chateau au chef de Godefa le plus bel & de forteresſe non pareil au monde duquel en fut donnée la charge a Meſſire Guilleaume Seigneur de Hodetot & au gouvernement de Gennes fut ordonné pour ung an Meſſire Raoul de Launoy Bailly d'Amiens.*

C'eſt par ces mots que finit notre Chronique. On y trouve un detail de la bataille de Fornoue, avec pluſieurs circonſtances, qui varient avec la relation de Commines & celle de Guicciardin. Il fait monter la perte de l'Armée confederée a 6000 hommes; ce qui eſt le double du nombre qu'on trouve chés les deux Hiſtoriens cités. Notre Hiſtorien dit que l'avantgarde de Charles VIII. étoit commandée par *Jehan Jaques de Trevolce Milanois*, , *& avecques luy eſtoit Franciſque Sicco Lombard & Nicolas Comte de Petillan.* Il ajoute que l'arriere-garde étoit commandée par *Pierre de Rohan Ma-*

Digitized by Google

rechal de France. Toutes ces circonſtances different de celles que Commines & Guicciardin racontent.

En rapportant la Revolution de l'année 1500 par laquelle la Ville de Gennes paſſa de la domination du Duc de Milan à celle du Roy de France, notre Hiſtorien raconte une circonſtance qui ne ſe trouve pas dans le récit d'Ubert Folieta; la voici:

"En ce meſmes temps la cité & pays "de Gennes ſe rendit es mains du Roy "Loys XII. Et en ceſte maniere a„voyent les Adornes preſidé l'eſpace "de unze ans ou environ ſoubs le nom "de Auguſtin & Jehan Adornes pour "Ludovic Sforce ayans iceulx en la ci"té conſenty maintes extorcions & for"faits ainſy que en tout temps ont ac"couſtumé de faire tous Capellaſſes en "leurs Seigneuries. Et entre les aul"tres une nuyt fut trouvee morte de "quinze coups de poignart une Dame "de Gennes Jheronime Spinolle ſeur " de Jehan Spinolle Seigneur de Sar"raval Gentilhomme bien conditionné "& entre les Spinolles moult eſtimé. "De laquelle choſe la meſcreance en "fut

»fut donnee à Anthonyet Adorne fils »dudit Auguſtin pour le desdaing quil »avoyt delle dune fille ſienne de la-»quelle il eſtoyt amoureux & quelle »ne luy voulloit conſentir & combien »que la choſe ne fut oncques certaine-»nement averée toutefois on le tenoyt »par ainſy. A cauſe de quoy tous les »Spinolles qui naturellement ſont par-»ciaulx des Adornes irrités du cas ef-»forcené & horrible prinrent en hay-»ne les dits Adornes & a leurs puiſ-»ſance machinerent la perdition de »l'eſtat &c. &c.

Extat in Bibliotheca noſtra Opuſculum quod-dam, hoc titulo: *Cronique de Gennes avec la totalle deſcription de toute Ytalie*, typis curſivis, vel quos *Italicos* vocant, exaratum, ſine nota anni, Pariſiis, apud Michel le Noir; quod a noſtro opere toto cœlo differt; niſi quod etiam deſinit in Ludovico XII. Francorum Rege, cujus ex-peditionem Genuenſem anni 1507. & op-preſſam Genuenſium ſeditionem narrat. Au-toris nomen deeſt. Claudunt opuſculum verſiculi in varias Europæ urbes, peſſimi ſa-ne, ſive metra, ſive res ſpectes.

Num. V. Seculi.

40. fol. Codex membranaceus. XIV.

Vincentii Bellovacenſis Speculi Hiſtorialis volumen quartum.

De hoc Scriptore, qui circa annum 1260. ſcripſit, regnante in Gallia Ludovico IX. cognomine Sancto, vide Caveum, Fabritium, præcipue vero Caſim. Oudinum.

Continet hoc volumen Libros Speculi hiſtorialis XXV — XXXII. Liber XXV. narrationem incipit a coronatione Caroli Magni, Romanorum Imperatoris. Editio Veneta anni 1591. quæ nobis ad manus eſt, & varias a manu Bongarſii in margine adpoſitas annotationes habet, Librum XXIV. numerat, quem Codex noſter XXV. Ultimus Liber XXXI. qui in noſtro Codice XXXII. Narratio hiſtoriæ deſinit in anno 1250. ſicut in editis. Occurrit in Vita Caroli Magni narratio illa fabuloſa de ejus expeditione in Hiſpaniam, & *Ferracuto* quodam Gigante, quem commemoravimus ſupra ad Martinum Polonum. Notum eſt Vincentium Bellovacenſem compilaſſe varios Chronographos, inter quos Sigebertus, Hugo Floriacenſis, & alii.

Obſervare opus eſt, quod annotavit Caſim. Oudinus, narrationem Vincentii deſinere in anno 1254. non anno 1244. uti male aſſerebat Ger. Voſſius de hiſtoricis. Error inde ortus videtur, quod in fine operis Vincentius ipſe hæc verba habet, quæ pag. 462. Editionis Venetæ 1591. leguntur:

„Ecce

Digitized by Google

„Ecce tempora ſextæ ætatis uſque ad „præſentem annum ſummatim per„ſtringendo deſcripſi, qui eſt annus „chriſtianiſſimi Regis noſtri Ludovici „18. Imperii vero Friderici 33. Pon„tificatûs autem Innocentii IV. 2. qui „eſt porro ab incarnatione Domini „1244.

Quum tamen ipſe paginâ præcedenti, poſt narratam cladem & captivitatem Ludovici S. in Egypto hæc verba ſubjunxerit:

„Acta enim hæc ſunt anno Domini „1250.

Si vero attendas ad res geſtas in Europa, finis narrationis erit in anno 1244. initio libri XXXI. pag. 448. editionis Venetæ. Quæ ſequuntur in hoc libro, res Orientis, & Tartarorum & alia, ultimo loco expeditionem Ludovici in Orientem tradunt. Claudit opus excurſio illa Vincentii de fine rerum & diei judicii adventu, quam Codex noſter cum ſerie narrationis conjunxit; quum editio Veneta eam ad finem libri ſejunctam habeat.

Scriptura Codicis noſtri nitidiſſima, præmiſſis Tabulis, & Indice alphabetico. In fine adſcripta eſt nota anni 1313.

18. fol. Codex membran. XIII

Vincentii Bellovacenſis Speculi hiſtorialis Fragmentum, à libro XXVIII.

(qui in editione Veneta eſt XXVII.)
uſque ad librum XXXII.

Mutilus eſt, & deſinit in narratione Vitæ Sancti Edmundi Cantuarenſis Epiſcopi.

Scriptura Codicis aliquanto vetuſtior videtur quam prioris, quem ſupra recenſui.

89. fol. Codex membran. XIII.

Continet præter alia, ſupra recenſita:

Fragmentum ex Speculo hiſtoriali Fratris Vincentii Bellovacenſis, Ord. Prædicatorum, a libro 27. editionis Venetæ 1591. ad Caput uſque 69. libri 31. vel ab anno C. 1127. ad 1247. Deſunt reliqua.

Bongarſius, cujus fuit Codex, non tamen eum videtur contuliſſe cum Editione Veneta, cujus exemplar, quod in noſtra Bibliotheca aſſervatur, annotationes à manu Bongarſii plurimas habet, varias lectiones multas.

* * *

Hactenus Claſſis hiſtorica, quæ nobis in juſti voluminis amplitudinem excrevit. Prodibit mox Tomus tertius, qui Claſſem philoſophicam & Claſſem litterariam continebit, & integrum opus abſolvet.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
AUTORUM ET RERUM MEMORABILIUM.

A.

Pag.

Abbonis, aliâs *Albonis* Chronica. 23

Adonis Viennenſis Chronica. 21. 22

Albertus Argentinenſis, idem cum Mathia de Nuwenburg. Præfat. xv. it. 517-19

Alcorani doctrina. 316-18

Andegavenſium Principum hiſtoria. 71-80

Angulinus Comes, Piſanorum Princeps; ejus mors tragica. 117-127

Arculphi Itinerarium Terræ Sanctæ. 155

Argovienſe bellum anni 1415. vide *Carmen*.

Aurelius Victor. 23

Auſtriacorum Principum, & Habſpurgenſium Chronicon. 81-95

Pag.

Babylon, urbs Egypti, *Cayrus*, & itinera inde per deſerta uſque Mecham, item itinera Egypti. 321 -- 29

Badenſis Marchionis cum Friderici Imperatoris Sorore nuptiæ anno 1447. 95

Baldrici hiſtoria Belli Sacri. 365

Beronenſis Canonici; Continuatio Chronici Martini Poloni. 507 - 8

Bigamia Sacerdotum, prohibita Concilio Lugdunenſi 1274. 172

Bongarſius, Præfat. IV. V. XI. XVI. XVII.

——— ejusdem Collectanea hiſtorica. 548 -- 77

Brunet, Maitre, autor Chronici univerſalis uſque ad Fridericum II. 42

Brunichildis Francorum Reginæ hiſtoria, ex Codice noſtro. 54 -- 57

Bullonius Dux. Præfat. XII. Vide infra *Godefridum*.

——— Ducatus. De eo controverſia Principum de la Tour d'Auvergne cum Epiſcopis Leodienſibus. 152

Burgundiæ Ducatus. De ejus ſucceſſione Claudii de Longvy Tractatus. 586

C.

Pag.

Calandrinus (*Henr.*) miles Henrici VI. Imperatoris. 174

Carmen germanicum de Bello Argovienſi Helvetorum anno 1415. 81 — 87

Carmina de Petro Hagenbach, Caroli Burgundi Præfecto, & bello Burgund. 45

Caroli, Burgundiæ Ducis, cum Friderico Imperatore conventus Treveris, anno 1473. 88 - 94

——— idem Noveſium obſidens, anno 1474. 143 — 47

——— idem Lotharingiam invadit, deinde Helvetos. 146 - 47.

Chriſtus. De eo Epiſtola ſuppoſititia, ſ. Legatio Tiberii. 24 - 26

Chronicon univerſale. Vide *Foſſatenſem.*

Chronicon ex variis compilatum, gallice. 41 - 43

Chronicon ab orbe condito ad ann. 1226. gallice. 43 — 49

——— S. Dyoniſii, juſſu Sugerii Abbatis compilatum. 49

——— Euſebii, Hieronimi, continuatum uſque ad Seculum XIII. 156-57

Digitized by Google

Pag.

Chronicon de Baudoin d'Aveſnes, finiſſant en 1350. 53

Ciſtercienſis Monaſterii fundatio. 70

Clementis Adami, Navigatio Anglorum in Ruſſiam regnante Eduardo VI. 155

Clericorum matrimonia, olim licita. 172-73

Corſica Inſula, de ejus priſcis incolis, & coloniis à Mario & Sylla deductis. 118. ſq.

Cruciatorum expeditiones in Orientem. Vide *Hieroſolymitana*.

la Curne. Vide *Ste. Palaye*.

D.

DIetericus, vide Beronenſem Canonicum.

Dudonis Chronica Normannorum. 158-59

E.

EBulo, Petri de, Carmen de Bello Siculo Tancredi contra Henricum VI. 159 -- 177

Eduardi Confeſſoris, Anglorum Regis, vita, autore Eilfredo. 242

Epiſtolarum collectiones. Præfat. XIII.

F.

Digitized by Google

F. Pag.

Fleur des hiſtoires, gallice. 177--220

Florentinorum hiſtoria. 142

Foſſatenſis Monachi Chronicon. 36--41

——— Monaſterii (S. Maur des Foſſés) fundatio. 38-39

Francorum Regum hiſtoria, uſque ad annum 1383. 49--52

——— aliud opus ej. argum. 51

——— de iisdem varia opera. 52--80

Froiſſardi Vita, & Chronica. 220--241

Fulcherius Carnotenſis. Vide *Hieroſolymitana*.

G.

Galfridus Monemutenſis, aliâs Geoffroy de Monmouth. 242

Gambacurta (Joh.) Piſanorum Princeps, patriam Florentinis prodit. 135--42

Genghizcani, Tartarorum Imperatoris, hiſtoria ex Marco Paullo. 444

Gentilis, Valentinus. Præfat. XIII.

Genuenſe Chronicon. Vide *Sauvaige*.

Geran.

Digitized by Google

Pag.

Gerardus de Rouſſillon, Comes Burgundiæ, Caroli Calvi Coævus; ejus hiſtoria & res geſtæ. 184 -- 219

Godefridus Bullonius, Epiſcopo Leodienſi vendit Terras ſuas. 151 - 53

——— de ejus expeditione, & Chriſtianorum rebus in Oriente geſtis Carmen græcum. 338

Grandinis miræ lapſus, anno 825. 48

le Groing Viçomte de la Mothe, Vide *Paul Emile*.

Guiberti geſta Dei per Francos. Vide *Hieroſolymitana*.

Guilelmus de Boldeſelle, itinerarium. 456

——— de Nangis. 243 -- 280

——— Tripolitanus, de Statu Sarracenorum. Præfat. v. item 281 -- 319

——— Tyrius, de Bello Sacro. 365

——— ——— cum Heraclio de Epiſcopatu Cæſarienſi litigans. 368 -- 73

H.

HAgeni, Mathei, f. Gregorii, Chronicon Auſtriaçum, à Hier. Pezio editum. 81

Digitized by Google

INDEX.

Pag.

Haythonis Armeniæ Principis Itinerarium. 456

Helvetica nomina varia, in Continuatione quadam Chronici Martini Poloni. 368--73

Heraclii, Epiſcopi Cæſarienſis, hiſtoria. 368--73

Hieroſolymitanæ Expeditiones, de iis opera varia. 67--70. item 329-91

Hollandiæ & Zelandiæ Chronicon, linguâ Batavâ. 154

Hugo Aubriet, capitis judicio damnatus, à quo nomen duxere Huguonoti. 50-51

Hugonis de S. Maria, aliâs Floriacenſis, Chronica. 381--406

Hungaricarum rerum Scriptores. 406

I.

I*Nedia* miraculoſa cujusdam puellæ. 47. 48

Inſtructions à divers Ambaſſadeurs de France. 591-93

Johannes Papa mulier, in variis Codicibus Martini Poloni memoratur. 505 & 515

Digitized by Google

Pag.

Juliacenſis Succeſſionis Controverſia. 569 – 77

K.

Kiburgenſium Comitum Genealogia, ex Mathia de Nuwenburg illuſtrata. 523 – 48

Künigshofen, aliâs Kungelshofen (Jacobi) Chronicon Alſaticum. 407 - 9

L.

Laupenſis prælii inter Bernenſes & Friburgenſes Narratio anecdota. 96 - 108

Lentuli (Scipionis) Hiſtoria Valdenſium. 409 – 414

Leodienſium ſ. Tungrorum Epiſcoporum hiſtoria, linguâ Batavâ. 142 – 148

——— aliud opus ejusd. argumenti, gallice. 148 – 154

Lobereus, pro Lotharingis, de iisdem Carmen. Præfat. VIII.

Ludovici, Sancti, Gallorum Regis, vita, à Guillelmo de Nangis. 93. it. 280
NB. unicus Codex ſub N°. 191.

——— de eodem Rege varia excerpta. 268 – 75

Ludovici

Digitized by Google

Pag.

Ludovici, Sancti, Gallorum Regis Epiſtola ſcripta ex Accon ſ. Ptolemaïde, anno 1250. 366

M.

MAhummedi Pſeudo-prophetæ hiſtoria, ex Guilelmo Tripolitano. 283--290

le Maire Illuſtrations de la France. 414-18

Mandeville Itinerarium. 415--18. it. 456

Manfredi, Friderici II. Imperatoris filii Nothi, hiſtoria & clades. 42

Marchanovæ (Joh.) Inſcriptiones antiquæ. 503

Marcus Paullus Venetus. Præfat. V. VI. VII.

——— ejusd. Itinerarium. 419--56

Martini Poloni Chronica Pontificum & Imperatorum. 504--15

Mathias à Nuwenburg. Præfat. XVI.

——— ejusd. Chronicon Auſtriacum. 516--48

Miſcellanea Hiſtoriæ Gallicæ. 577--91

——— ——— Germanicæ, Polonicæ &c. 548--69

Monachus,

Digitized by Google

Pag.

Monachus, aliàs Münch. Gallicis Scriptoribus male le *Moine de Baſele*, ex Chronico Froiſſardi, in pugna Creciacenſi Regem Bohemiæ comitatur. 238-40

——— Burchardus, in prælio ad S. Jacobum à Helveto occiditur; ex Monſtreleto. 598

Monſtrelet, ſa Chronique. 598-600

Muſculus, Wolfg. & Abrahamus. Præfat. XIV.

N.

N*Eſtorianorum*, Eutychianorum, Jacobitarum in Oriente Religio, ex Riculdi Itinerario. 477-502

Normandie. Chronique de ce Pays. 257.-.66

O.

O*Derici* Forojulienſis Itinerarium. 456

P.

P*Ares* Regni Galliæ, de iis varia obſervantur ex Codice Seculi XV. 580-86

Paullus Emilius, Francorum hiſtoricus, cui traditur Codex hiſtoriæ Gallicæ, jubente

Digitized by Google

Pag.

jubente Franciſco I. per manus Domini Marci le Groing. 52

Philippus I. Francorum Rex, Biturigum urbem emit pro 60 mille Solidis. 66

Piſanorum hiſtoria, gallice. 109—142

Platinæ (Bapt.) Hiſtoria Mantuana cum Epiſtola Gaudentii Merulæ ad Oporinum autographa. 600

Presbyter Johannes, aliàs *Ungkan*, Tartarorum Princeps; ex Marco Paullo de eo varia notantur. 444-46

Prophetia filii Agap de everſione Muchamedanorum. 363

R.

R*icaldi*, ſ. *Riculdi*, Ord. Prædicatorum Monachi, circa annum 1273. Liber de Statu Sarracenorum, & Terræ Sanctæ. 457—502

Ricardi Pictavienſis Chronicon. 601—9

Roberti Monachi Hiſtoria Hieroſolymitana. Vide *Hieroſolym.*

Romans, Langue Romande. Præfat. IX. X.

Digitized by Google

S. Pag.

Sacchari Planta, alias *Sucre*; ejus cultura in Palæſtina deſcribitur ex Codice Seculi XII. 33

Sainte Palaye, de la Curne, Deſcriptio Codicis N. 113. 391

Sauluaige (Alex.) Chronique de Gennes. 615—27

Schœpflinus (Dan.) Præfat. XVI.

Sigeberti Gemblacenſis Chronicon. 609-15

Soldanus Egypti; de ejus potentia, ex Codice Seculi XIII. 319—21

Synodes Nationaux des Egliſes Reformées de France. 594

T.

Tartarorum religio & mores, ex Riculdi Itinerario. 455—77

Terræ Sanctæ deſcriptio anonymi. 26—36

Thun, caſtrum. In eo Hartmannus Kiburgenſis ab Eberhardo fratre obtruncatur; de hac re narratio anecdota. 523—26

V.

Digitized by Google

V. Pag.

Vincentii Bellovacenſis Speculum hiſtoriale. 628 – 30

Virgilii Poëtæ Artes magicæ. 115 – 129. item 149 - 50

de Vitriaco (Jacobi) Hiſtoria Hieroſolymitana. 340 — 43

——— ejusd. de Statu Terræ Sanctæ fragmentum. 344 — 63

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google